

quæ mitefacta dentibus non officiant, quemadmodum copia pressi lactis, caseus recens, non induratus. Sic castaneæ molles, quæ maturæ ac per ætatem flaccidæ sunt. *Γυμνούσιον*. corrigunt. πηλωδικόν. nec melius, nec significantius. Scribe γυμνόλαττον, ut sit idem cum balanite Plinii, quam ait esse maxime purgabilem & sponte profiliare, hoc est facillime purgari, & echino suo exui, ut sponte profiliat. Balanitis a figura glandis. Hanc omnium de terrimam scribit Galenus, & suum esse alimentum lib de cib. bon. & mal. succ. cap. 4. ai ḥ ἀπὸ τερψικρίου ἐπὶ κατὰ φύσιν παραγωγής τοῦ φοινικῶν. Ιδε στρατηγὸν μάλλον ἢ αὐτοχθόνιον εἶναι, κακὸς ἀντίτυπος τερψικρίου καταπλάσιος ἢ οὐδὲν άλλο. Εἰς τὸν πρώτον λαμπτεῖ τοῦ τούτου συμβαίνει. Sed quæ figura oblonga sunt, & similes palmulæ ad sues potius quam homines nutritios idoneæ, nisi quispiam ingenti necessitate oppressus (ut in extrema vicitus inopia accidit) edere illas cogatur. Si usui usque adeo inepta hæc castanæa quomodo pura dici possit non video; nisi pura dicatur idem, quod cortice spoliara. Quod non valde arridet. Malo scribere, quæ balanitis vocatur purgabilis maxime, & sponte profiliens. Pura & plana Sardiana, Tarentina minus tractabilis. Apud Græcos Latinofve Sardiana omnium optima, figura plana, non rotunda. Aperte satis Plinius Tarentinam rotundam inquit, communis vero rotunda, illaudabilis oblonga. Meminit ἀρχηγοῦ Hesych. ἀρχηγοῦ εἶδος τὸν καταστάσιον, quale hoc genus ignoro. Recettiores castaneam aliam sativam aliam sylvestrem observarunt. Sativæ fructus magnitudine & figura differt: alia grandior, quam maronam vocant, quæ divitum claudit mensas. cineribus obruta igne coquitur; minor alia quæ pauperum inservit mensæ, divitum etiam, si altera non detur. Quædam in ventrem magis crescit estque rotundior; quædam magis plana, quædam oblonga magis. De castanea equina, quam folio multifido castanea appellant, nihil dicit: luculentem eam describunt Clusius. Dodon. Mathiolus. Equina dicitur, quod equis anhelosis profit, primum Constantinopoli Viennam delata, inde ad nos; hyemis injuriis non læditur. Castaneam alii ad nucum, alii ad pomorum classem referunt, probabilior eorum sententia qui ad nucum referunt.

Castaneásque nuces mea quas Amaryllis amabat.

Nec inde sequitur ad pomorum classem referendam,
quod *βασικόν* nomen obtineat. Nam ipsius querens glans
referri debet ad nucis classem quod duriori tegatur
cortice.

Mīg. arbor hæc μίλας, σμύρις, σμύρινξ, μίλαξ, μίλιον, si non corruptus Hesych. codex, vocatur. Hæc nomina & aliis tribuuntur plantis, ut lib. I. cap. 16. dixi. Frustra inter μίλας, σμύρις, σμύρινξ, μίλαξ, quærunt differentiam, quantum ad nomen pertinet. Una hac eademque appellatione μίλας, & σμύρινξ, arbores, frutices, herbas longè diversi generis vocarunt, ut Lector ex nostris commentariis animadverteret: Vide cap. lib. I. citatum. Multa ex nominis æquivoci errore orta confusio. Grammatici critici vocis hujus πολυσημίᾳ decepti sunt. Nec hi tantum, sed Medici duo præstantissimi, & in Græca lingua versatissimi. Alterū cum locum hunc Platonis, 2. de Republ. οὐκελινής τοῦ γενέσθαι ἐγεγένετο, σμύρινξ τὸ μυρρίνας, exponit. in toris ex smilace hederacea, & myro confectis, discumbentes. Imaginari nequeo, quomodo ex parvo frutice, qualis smilax, hederæ similis, lecti confici possint. Eodem in errore Pausaniae interpres, τοῖς δὲ ἀρχαιοῖς τῷ ἀρχαιοῖς ὄντος νόμοις κατέβασθε ἀδύνατηρ, τόποι τῷ λόῳ αὐτῷ τὰ ξάνθα εποιεῖσθαι. Εἰσὶ δὲ, κυπελέος, οἱ κιόροι, τὰ ὅρνινα, οἱ σμύρινξ, οἱ λατότες. Enumerat materias Arcadicas, ex quibus fieri vulgo solebant Deorum simulachra ab antiquis, & inter has σμύρινξ. Interpres hederam Ciliciam exponit. Parvus frutex hedera hæc, & ad simulachra inepta. Præterea, inter arbores fruticulum recensere, ineptum esset. Cave intelligas smilacem ilignam, cuius meminit infra c. 16. Theophractus: molle ea solutamente materiem habet; sed taxum intellige, quæ in Arcadia nascitur, cuius lignum cedro simile est, & pro cedrino, ut at Theophrastus, venditur. Apud Gal. lib. 6. ξέποντες, cap. 3. legere est. Τέτταν ἡ ιχνευτικὴ τοῦ τῆς μυρρίνης ἡσθὴ τῷ τοῦ μύρτου ἐξίσιν φύσει, καὶ τὸ τοῦ σμύρινης κυδωνίων μῆλον, ἀπομονώντα τοῦ μαλακῶν περίτου, ἐκμερεῖ. οἱ σμύρινξ, οἱ Φυρζοὶ, καὶ τῶν βαλάνων αὐτῶν. His fortiora sunt myrti, ac baccharum et us decoctum, ex acerbis cotoneis malis, & virgultorum tenuerorum ilicis, arbutis, smilacis (ilignæ scil.) ac phagi, ac ipsarum glandium. Quærit doctiss. Medicus, qua ratione fieri possit, quod smilax, quæ ab omnibus deletearia, (hoc de taxo intelligi debet) dicitur, ponatur à Galeno inter gurgulionis remedia. Smilacem intelligi

ilignam. Hæc ilicis instar adstringit; similax taxus venenata; smilax ligna innoxia. Smilax deleteria à Latinis taxus dicitur. Plin. lib. 16. cap. 10. similis his etiamnum aspectu est, ne quid pretereatur, taxus—hanc Sestius à Græcis smilacem vocari dixit. Gal. lib. 8. simplic. σμιλαξ, ἡ τέχνη, δένδρος ἐστὶ δηλητεῖος οὐρανίων. Smilax sive taxus arbor venenatae qualitatis. Corrigere Eginetæ codicem σμιλαξ, ἡ παχτός, δένδρος ἐστὶ δηλητεῖος οὐρανίων. Scribe, σμιλαξ, ἡ πάχτη, &c. Diosc. lib. 4. cap. 80. σμιλαξ, οἱ ἡ θύμαλοι, φυμαῖοι ἢ πάχτης γελάσσοι. Smilax à nonnullis Thymalus, à Romanis taxus appellatur. In optimo codice ut doctiss. & nobiliss. observavit Salmasius, scribitur οἱ πάχτηδοι, εἰ ἢ πάχτηδοι παχτέον, quomodo in Euporistis lib. 2. cap. 144: legitur. Illud πάχτηδοι natum est ex correctione antiquarū aliquius, qui corruptam dictionem θύμαλοι voluit emendare, & mutandum judicavit in πάχτηδοι. Scribe, οἱ ἡ σφίλαιοι, οἱ οἴδη θύμου γελάσσοι. Diosc. lib. de Alexipharmacis, cap. 12. ἡ παχτήδη σμιλαξ, οἵ εἰσιν ἡ θύμοι, οἱ τελέσθαι φυμαῖοι πάχτηδοι. quat smilax dicitur, à quibusdam Thymium, à Latinis taxus appellatur. Egineta lib. 5. cap. 49. ἡ παχτήδη σμιλαξ, οἵ εἰσιν ἡ θύμοι, τοῦτο ἡ φυμαῖοι πάχτηδοι. Quæ smilax vocatur ab aliquibus, Thymum à Romanis taxus vocatur. Bauhinius, in notis ad commentar. Mathioli in Diosc. iconem ostendit, glandiferæ cujusdam taxici, cuius nuciflora sunt, quadantem similia capitibus Thymi cephaloti. An hoc viderint illi, qui θύμοι nomen taxo dederunt, affirmare nemo facile poterit. Theophrasto alterutra incognita videtur; nam taxum scribit ιποράγης. Sed vox hæc ut intelligenda, inferius dicam, & ex iis quæ de oxya dixi, percipi potest. Plinius à taxo toxicum nothiinatum scribit lib. 16. cap. 10. Sunt qui taxica binæ appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tingantur. Nugatur Plinius. Toxicum à Græco τόξον, telum. Toxici meminerunt auctores, Plinio seculo uno alteròvè antiquiores. Arift. lib. de admir. auct. (si modo Aristotelis) Nicander, Dioscorides, Plautus in Merc.

Certū est : ibo ad medicū, atq; me ibi toxicō morti dabo:
Quādo mibi admītur, qua cāusa vitam cupio vivere.

Nicander in Alex.

Καὶ κεν λοιπὸν τὸ δέδειχθὲν αὐτὸν ἀχεῖ. Τοξικός δέ τις ἀχίσσων βαρύνηται ποτῷ αἵγε.

Scholia stes. Τοξικόν ἐχαλεῖται τὸ πεπτόν φάρμακον, διὰ τὸ
όφεστον τοῦ πεζούμαστον ἀπαλεῖται τὸ θηρυχίαν, βερδίν, η ποθέν η επι-
ώ. Πάρθενοι καὶ Σκύθαι τοξούρτες, ποτῷ τὸ θηρυχίαν τὰς τῶν βερδώ-
μάδας· εἰ δὲ αὐτὸς τὸ κοίνωνον τομήστος η μέσην φρέσον πέπτον αἴροντος
αναπεριβεβαύθειν. η ποθέν. λέγεται τοσπινανή σπαστική. αἷδος η λίγεν.
στι, οπις τοῦ αἵματος τῆς υδρας ἀπάρχειν, τὸν ή υδραν, τοξεῖ α-
πειλεῖς οὐ πορεύεται, & διὰ τοῦ τοξικοῦ καλεῖται. Pharmactum hoc
toxicum vocatur, quod est vestigio, potum vel commestum, in-
terimbat hominem, instar sagittae. Vel quod Parthi Scythaque
hoc illinat sagittarum acus. Falluntur, qui cicutum putant
esse. quod instar sagittae, tollat hominem, quovis modo as-
sumptum; à nonnullis Scythicum dicitur: alti ortum volunt,
ex sanguine Hydrye, quam sagittis confecit Hercules. Falso
ergo Plinius toxicum putavit dictum ab arbore venena-
ta, taxo. Vtriusque veneni symptoma, sive accidentia
multum inter se diversa; & à Nicandro & Dioscoride
manifesto distincta. Theophrastus taxum proceram, in-
quit, auctu insignem, similisque abieti, nisi quod non
pariter excelsa, magisque alis sinuata sit. Folio quoque
abieti similem, ait, sed pinguiorem, molliorique ligno.
Dioscorides taxum, abietis magnitudine, & foliorum si-
militudine, scribit lib. 4. cap. 80. διδοθεῖσται τὸ θηρυχίαν τοῦ
ελατοῦ τοῦ φύλακος, καὶ μετέψη, εἰ πελάτη, καὶ εἰ νερούνια, τὴν τη-
τλον ιστανται, φύλακος. Arbor abietis magnitudine, & folio-
rum eiusdem figuræ, in Italia, & Narbonensi Gallia, Hi-
spaniae contermina, nascens. Ab hac abietis similitudine
Nicander in Alex. οὐσίον αριδά eleganter dixit.

Μή μέμψῃσθανεν τοιούτοις οὐδὲν πάντα τοιούτοις
Οιταῖς, διεπάριο πολυκλαστοί δέπιστα.

*Parce veneratæ taxo, quæ surgit in Oeta.
Abietibus similis, lebōque absumit acerbo.*

Hesychius μέλιον δεύθρον ὄμελον ἐλάτη, τὸ ποὺς νίστας εὐφαγέσσος
εὺ ποὺς πόμπαις. Milion arbor abieti similis, quia Adolescentes
tes in pompi coronantur. Non in pompis, seu apparatibus.
P. A. solemnibus.

solemnibus, in modum Triumphi, Latini taxea corona usi sunt, sed in luctu, & mærore; taxea corona, tanquam funesta. Statius in Epid. verna.

en taxea marceret
Sylva comis, bilaresque Hederae plorata cypressus,
Excludit ramis.

Malè verò Plin. ut infra suo loco dicam, *hederae smilacis coronam lugubrem* ait; taxea mæta corona. Fällitur etiam Helych. Smilax coronaria, frutex fuit, hederae similis, non taxus. Idem Hesychius, σμιλαχθεὶς οὐτοῦ, αἴσιοι σμιλαχθεῖς ταῖς. Hæc est smilax hederaea, cuius in pompis usus, quam coronis infastam, præter rationem, prædicat Plinius. Taxus longa quidem, ac

glæ angulo deest hæc; ubi semper virente, umbrosa, densa; ramorum juba, latissima, (similis haec tenus abieti,) plumatim longis quasi pectinum radiis, atro-virentibus comatur, inque sepulcretis & areis, pro templorum foribus, pangitur. Ad arcendos solis æstus à concione, plebs sub tegmine taxi umbrosæ & annosæ, conveniens religiosos agere sæpius solita est, nullo percepto vel tantillo incommodo.

Ezamenat, fraudere. Facile animadvertisit frus. Cedri lignum accensum, suavissimè spirat, foeter taxi. Quæ de taxo Theophrastus, de fraxino Plinius lib. 16. cap. 13. Materies est ad plurima utilis, ea quidem quæ fit in Ida Troadis, in tantum citro (lege cedar, vel serva citro, non dissimile cedar, citriquæ lignum) similis est, ut clementes fallat, coriace ablato.

Karpòs φίρει σπρωνύλον μέτρος κυάνου. fructum fert qualem delcripsi. Græcam intellige fabam. Rotunda hæc, ac planè à vulgari dissimilis, vide lib. 8. ubi de leguminib[us] agitur. Quæ sit Græcorum faba, disputant Botanici, & adhuc sub judice lis hæret. Quæ vulgo faba Græca dicitur, sylvestris est quedam faba, Semine neutram plana, quale vulgaris, sed atro, rotundo.

λόφουντος. Citat hunc locum Nicandri scholia fest, ἐπὶ λόφουντος, κολόφουντος scriptum fuisse docet. ὁ δὲ θεοφραστος περὶ τῶν ἀγράπτων ἔδινε τορκην, αὐτὸς δὲ μένον, ὅπερ τὰ κολόφουντα τὸν λαντεόδρυν (λαντεόδρυν in marg.) διέβιονται τοντούς τοντούς εἰς βόες, καταίμαζος ἐπὶ τοπι. Theophrastus hominibus nocere non dixit, sed si κολόφουντος gustent, (olfacient, in margine, minus recte.) mori tradit. κολόφουντος sunt boves, muli. Callimachus reptilia effecit. Verisimile sic scribendum. Iuvat suspicionem, quod verbum κολόφουντος exponat scholia fest, quia minimè vulgare, nec unquam exposuisset, nisi suo evo sic in M. SS. legeretur codicibus; faltem eo quo usus est. Attamen si res penitus examinetur, corruptus Nicandri scholasticus codex. κολόφουντος animalia inquit esse, qualia sunt boves, muli; at hæc λόφουντος. Nam κολόφουντος, jumenta quæ cauda jubaque carent. διὰ κολόφους & λόφουντος. λόφουντος autem animalia, quæ caudam & jubam habent, seu, quæ seras habent, in cervice erectas, in modum cristæ, & caudam. Eustath. Odys. 7. Σώντα λόφουντος περὶ φασὶ πόνες ἤχοι τοι λόφουντος, καὶ εἰσόδοις. Idem Iliad. ψ. Εἰ λόφουντος ζώα, περὶ οὐρῶν καὶ λόφουντος ζώα. caudam, jubamque habet equus, bos, mulus. Corrigendus ergo scholasticus ex Theophrasto.

Εἴς φάγη &c. Hoc de fraxino Plinius. *Folia*, inquit, *jumentis mortiferis*, ceteris ruminantib[us] innocua Græci prodidere, in Italia nec jumentis nocent. Conantur quidam Plinium defendere, ac Græcos aliquos reprehendere, qui fraxinum jumentis mortiferum scripsere, cum experientia falsum id esse, in Italia testetur. Sed qui illi Græci, qui hoc tradiderunt? Respondent. Sestius, & alii, quoru[m] scripta perierte, quod esse nequit. Nam ipse Plinius, cap. 10. ejusdem libri, testem vocat Sestium, in Arcadia, taxum Venenum esse. Sed ex iis quæ supra de ligno, ejusq[ue] fraude diximus, satis constat, à Plinio confundi fraxinum cum taxo, quæm vocum μίλια, & μελια vicinitas decepit; nisi placeat, paulò negligentius ad Liberti verba attendisse. Ex hoc Plinius loco constat, Theophrasti codicem non esse corruptum. Τὰ μηρυντόντα sunt ruminantia. παλόφουντος jumenta, quorum opera utimur, equus, bos, mulus, camelus. Columella tamen, bovem à jumentis separat, lib. 1. cap. 6. Nec altius edita esse præcipia convenient, quam ut bos, aut jumentum, sine incommode stans, vesci possit. Idem lib. 6. cap. 19. *Machina fabricanda*, qua clausa jumenta, bovesque curtentur. Sic loquitur, quod inter jumenta bos esset præcipuum; bovibus arabant, aliasque res rusticæ conficiebant. Sensus ergo; quam ut bos, aut jumentum aliud, sine incommode stans, vesci possit: Item machina fabricanda, qua clausa jumenta, præcipue boves, curtentur. Ruminantia dicuntur, quæ remandunt, & cibum à rumine ad os revocant. Proprie[bus] dicitur de animalibus, quæ, in superiore mandibulo, dentes priores non habent. Inter hæc bos numerari nequit. Columella lib. 7. Propter quæ bos, neque ruminat, neque lingua se detergit. Malè ergo doctiss. Botanicus; iis in locis nobis compertum est, quod non modo jumenta, quæ non ruminant, devorata taxo, moriuntur; sed & quæ ruminant, quandoquidem boves complures vidimus, à rusticis deploratos, qui taxum depasti fuerant.

Αγράπτων &c. Lobel. & Penæ idem testantur. Quamvis probris feralis, & pernecabilis credita taxus. ejus tamen baccas rubentes, coccinas, teretes, perfimiles & subpares similicis asperæ, vel alparagi grani, innoxie pueri esitant in Anglia: nosque gustavimus sub hydrom, non ingrato sapore, sed fatuo, vel amaricante, ubi porci passim,

Taxus.



procera arbor est, sed tamen abietis proceritatem non attingit. Truncus est mediocris crassitudinis, & circa verticem ramoso, reliqua parte enodi; cortice squamoso, rimoso, ac scabro, exalbido, aut potius cinereo sordente contingit: materies lignea è nigro rufescit, quam plurimis intercursantibus venis, incorruptaque diu manet, lignariis fabris maximè expedita, præsertim cinnamidis mensis, hastis, arcubusque conficiendis. Virg. secundo Geor.

Ityreos taxi torquentur in arcus.

Arcus hi elegantes, & pulchri, puniceo ferè colore. Similes, sed non eiusdem coloris, nisi tinctora acceperit, ex ulmo parantur: quæ res fecit taxum ulmumque eodem nomine à Belgis nuncupari. *Ibenboom* utramque, appellant. Quod necessario monendum putavi, ne quis decipiatur. Rami in latus effunduntur, in complures virgulas, ac alas distributi: quæ foliis utroque latere frequentibus, multisque, dense circum septæ sunt, instar ramulorum piceæ, quæ rosmarini coronarii non dissimilia sunt: sed leviora, & in virore nigriora, non odorata: cum abiegnis non inepte comparari possunt; longiuscula, angusta, obtusa tamen, ideo molliora. Theophr. ex nigro viridia, perpetuò virentia. flosculi ab interiore virgularum parte, secundum folia, tum & circa cacumina frequentiores dependent, ex luteo Herbacei. Baccas fert rotundas, rubentes, molles, dulces, vinofalsque, concavo quadam exiguo superius apparente, veluti in nigris vacciniis: quibus & forma & magnitudine proximè respondent. Radice est brevi, per summa cespitum replete.

Εξ αρχαίων. Taxum in Arcadia & Ida nasci scribit. Dioscorides in Italia & Narbonensi Gallia. Non tantum in iis reperitur regionibus, sed etiam in Belgij Arduenna sylva frequens est: in Anglia copiosissima. Nulli sanci An-

passim iis, quasi glandibus, pascuntur. Aliis alia sententia Plin. lib. 16. c. 10. *Similis b^s* (abietibus, pinis, piceis, inter resiniferas arbores taxum recenset, cum resinam non ferat; id facit, quod folio, aspectuque, illis sit similis) etiamnum aspectu est, ne quid prætereat, taxum, minus vivens, gracilisque, & tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus (resinifera) sola baccifera, mas noxia fructu. Lethale quippe bacca, in Hispania præcipue, venenum inest, vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius similacem à Græci vocari dicit, & esse in Arcadia tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumque capiant, moriantur: repertum innoxiam fieri, si in ipsam arborem, clavus aereus adigatur. Hæc examinanda. Mas, inquit, noxia fructu. Non agnoscit maris, fœminæve differentiam, taxus Theophrasto quoq^{ue} est, id est, quæ caret masculi & fœmelle distinctione. Lethale in Hispania baccis. In Italia etiam baccas venenatas scribit Dic. τὸν δὲ τοῦ οὐρανοῦ πόλεμον ἀπίστοις, μελανίαι, οἱ τοιαύτης φύσεις διάφοροις φεντιλοι. Sed nigrescunt aviculae, quæ Italicae taxi fructu vescentur, & quum eundem ederint homines, alvi profluvii correspondunt. μελανίαι, nigrescunt. Lacuna legit in antiquo codice πίναται vel πίγραται. Quæ lectio non displiceret. Quia hac vi pollet taxus. Dio. c. in Alex. πολέμοις θύεσθαι καὶ ἄλλοι τοῦ στρατοῦ, τὴν αὐγήν, δέσμους τὸν θύεσθαι. porta, frigus universi corporis, strangulatus, & celerem interitum infert. Malunt alii πάντας saginantur, legere, quod antiquissimi Diosc. interpres sic legerint. Certè malim vulgariter servare lectiōnē. Audio enim in Italia, ejus pastu aviculas nigrescere, & postea attonitas cadere. Apud Norimbergenses aviculas avidè expetere rubroshujus acinos, sed attonitas fieri, ac postea facile capi, auctor Camerarius. Orni baccæ rubent ad instar taxi. Has mirum in modum quedam aviculae expertunt. Credo vicinitate coloris decipi aviculas, putantes baccas esse orni. sed in re incetta nihil certi scribo. Homines, harum pastu, dysenteria corripi, auctor Dioscorides. Idem Tradit Matthiolus. Quas, inquit, quandoque mandentes tum pastores, sum qui in sylvis arbores cadunt, statim in febres incidunt, & dysenterici sunt; sanguine & spiritibus admodum inflammati. Calidane an frigida taxus, non est hujus loci disputare; id agam in notis ad Diosc. si Deus opt. max. concesserit. In Arcadia, inquit, Plinius tam præsentis veneni. Arcadicæ quidem taxi meminit Theophrastus: sed non in eam sententiam; nam hominibus non lethale ait. Idem & Arcadicæ similacis meminit, sed hæc à taxo longè diversa, & Ilici similis. Nam similax Arcadica non est taxus, sed ex illicum genere arbor. Puto scriptissime Plinium, in Narbona tam præsentis, &c. Diosc. τὸν δὲ τοῦ παρόντος τοιαύτης οὐρανοῦ πόλεμον, οἱ τοιαύτης τοῦ παρόντος, οἱ τοιαύτης φεντιλοι. Narbonensis verò tam præsentis est veneni, ut qui sub ejus umbra sederint obdormientive ledantur, & sepe numero etiam moriantur. Plutarchus eo tantum tempore taxum noxiā esse tradit, quo florere incipit, quod tum succo sit maximè pregnans. 4. Symp. quæst. prima. Μή γαμετῶνδις ἡ, εἰ ποτε τὸν αἴτον τοφαῖνα διαφερεῖ δόντα μη ἵχοισιν ισορρούντων, οὐδὲ οὐδαίσι τοφαῖνα διαφερεῖν τοφαῖνα, οὐδὲ τοφαῖνα μαλισταὶ τοφαῖνα διαφερεῖν. Mirum verò yemini videri debet, si exhalationes sertorum vim tantam habent: cum memorie proditum sit, umbram taxi interficere homines, in ea dormientes quo tempore planta maximè turget, & florem partitur suum. Apud nos umbra minus quidem perniciosa, dolorem tantum capitū excitat iis, qui diutius sub ea hærent, ac manent. De taxo intelligendus versus Lucretii.

*Est etiam magnis Heliconis montibus arbor,
Floris odore hominem tetro consueta necare.*

Floris, inquit, odore: quod, ut Plutarchus ait, tum maximè nocent. Hac de causa ab apario semovet taxum Virgilii Lib. 4. Georg.

*Ne propriis rectis taxum sere: (sine) neve rubentes,
Vre foco cancrös.*

Idem Ecloga 9.
Sic tua Cyreneas fugiant examinataxos.

Vide Columel. Lib. 9. cap. 4. at tiliæ sole ex omnibus sunt nocentes, taxi repudiantur.

Sequitur ὄπος. Græcum codicem restituit Rob. Constantinus. Fortasse cuiquam placebit legere πανίναις οἱ, καὶ διὰ τῆς μέσης ιὸς ἀλογοῖς &c. Perinde utrum vocem iōs subintelligas, an addas. Ego melioris intellectus gra-

tia adderem. Verba Theophrasti in hunc sensum verte. Est & ostrys, quam nonnulli ostryam vocant, unica species, oxyæ, quam scissimam vocant, tum satu, tum cortice similis, folio pyri, multum oblongiore, in acutum contractiore, & majore: fibris multis, ac crassis, à medio dorsi in modum costarum, secundum rectam ac magnam fibram porrectis, in fibris ipsis rugato, & in ambitu leviter serrato: materie dura, decolore, exalbida; fructu parvo, oblongo hordeo simili, flavo; radice summo cespite serpente; aquas convallésque amat. Meminit ostryos Plinius, cujus verba citat Rob. Conist. In iis hæc notanda. similem, inquit, fraxino cortice & ramis. Oxyæ, inquit, Theophrastus, uero legit Plinius. Magna differentia inter folia fraxini & fagi, quam oxyan diximus. Tū φυτεῖς, ramis, vertit corpore Theodorus. An legendum βλαστοῦ, vel καρποῦ? φυτεῖα non solet quid comparare Theophrastus. Credo scriptū fuisse φύση, Natura quod fagi in instar arbor sit magna & latè comosa. Rugosis incisuris. Theophrastus, foliis pyri majoribus, multò longioribus, in acutum contractis, fibrosis, rugosis circa fibra, tenuis per ambitum scissura: reliquis fibris à media costarum, modo in rectum juxta magnum porrectis. Aut Plinius locum hunc Theophrasti non intellexit, aut corruptus Plinii codex. Scribendum reor; foliis pyri, paulo tamen longioribus, crassioribus, per ambitum incisis, fibris rugosis, que per tota discurrent. Sequitur, semine hordeo simile, & colore. Materies est dura, atque firma. Theophrastus fructu ait esse parvo, oblongo hordeo simili, (figuræ scilicet.) colore flavo, vel ex flavo rubro (quomodo vox ξαρδί exponenda, me alibi fusiū dicere memini.) materies dura, decolor, exalbida. Scribe, semine hordeo simili, decolore materie, dura, atque firma. Quæ arbor ὄπει referat, nondum constat. Placet nonnullis, syringam cæruleam, quam lillach vocant, ostryn esse. Crassis multisque fibris, folium non habet, nec secundum fibras rugatum, omniq^{ue} in ambitu incisura carens: materiem habet neutiquam duram, sed molle, ac fungosam: nullam præterea cum oxya similitudinem habet; fruticosa enim stirps, que rarò arboris naturam assumit; quod si facit, mediocris tantum arbor manet, nee instar fagi comosa est. Alii syringam albam ostryam afferunt. Hæc syrinx, id est, fistula dicitur, quod caudices & rami, exempta medulla, fistulosi sint, & inanes. Caudices hujus ac rami geniculis articulati, tenaci cortice subrubro exterius sordeſcant, interius vero candida, fungosa, mollique medulla replentur. nullam etiam cum fago similitudinem habet, semen præterea fert nigrum, non ξαρδί. Alii carpinum Dodonæi & Lobelii esse affirmant. Hæc foliis est lati, haud angulosis, ad ulmi folia accedentibus, nisi teneriora essent, quæ ostendunt, nullā cum pyro folia carpini habere similitudinem. Nec semen convenit; nam ciceris magnitudine, aut paulo majora fert capitula, in quibus semen. Vide cap. de carpino. Ostryas verò semen hordeo simile est. montibus præterea ac sylvis gaudet; aquis convallibusque ostrya.

Φιλικεῖς, &c. Confundunt passim φιλικεῖς, & φιλικεῖα. φιλικεῖα foliis oleæ, φιλικεῖ hederae; nisi quod in angulata acutiore rotundetur. De utraque hoc loco agam: ac primum de phillyrea, cuius non meminit Theophrastus, nisi forte cap. 3. hujus libri, ubi αἴθυνα recenset. Dicitur etiam φιλικεῖς. Φεγίeta lib. 7. φιλικεῖς τοῦ διερροτοῦ φύλα τοῦ φαντασιῶν σφεντοῖς τῆς ἀργίας ιαδίας. Philyras (interpretis male tiliæ) arboris folia, sylvestris oleæ similiter adstringunt. Phillyream describit Dioscorides lib. I.C. 110. φιλικεῖα διερροτοῦ εἰς οὐρανοῦ κύπεων, καὶ μικροῖς, φύλλα τὸν εἰλαιόν εἶποι, πλατύτεροι οἱ, καὶ μελάντεροι καρποὶ οἱ τὸν κήπον μικροῖς, μελανούσιοι, οἷς τὸ βατέρων καρποῖς. τὸ τερψχετὸν τὸ τόποις πανταῖς τὰ φύλλα τὸ φένειον τὸ φιλικεῖα, καὶ κανατῶν — ζετρίζει οἱ τὰ τρίχας τριχίς κυλᾶται τὰ φύλλα λεῖψα βερριχίνει, καὶ ηγγειωτέραι. Cyprus arbor est foliis circumvirgulta oleæ similibus, sed lationibus, mollioribus, ac viridisioribus; floribus candidis, muscosis, odoratis; semine nigro, sambuci fructui simili. optima nascitur in Ascalone, & Canopo. ruffant & capillos trita & illata folia, que in struthi succo maduerunt. κύπεος quidam ligustrum exponunt. non esse poëtarum ligustrum supra probavitius. non esse vulgare, mox docebimus. Errandi occasionem dedit Plinius lib. 12.

lib. 12. cap. 24. Quidam, inquit, *hanc esse dicunt arborem, que in Italia lignum vocetur &c.* Diversa, ut mox ostendam, ligustrum à cyro planta. folia inquit latioribus oleæ. Plinius ziziphi ait esse folii. ziziphi puta candidæ, cui oleæ folia; unde olea Bohemica vulgo vocatur. Alteram & vulgatam si ziziphum intelligat, fallitur. Folia huic, vincæ pervincae emula, sed paululum incisa. πλατηνεγ; reperiuntur codices, in quibus συντονιζεν angustiora legitur: in aliis λεπτότερα tenuiora scriptum est. Non desunt in quibus πλατηνεγ; ή κλαρότερα latiora & viridiora reperiuntur. Vulgatam serva lectioem quæ Oribasi defenduntur auctoritate. floribus candidis. Idem testatur Plinius.

Βεναδη. Βετρουάδη Oribas. Utraque defendi potest lectio. Sunt oleæ similes, & racematum nascuntur. Oribasi oræstat; quod flores racematum magis nascuntur, obleaque non sunt valde similes. semen sambuci fructui simile. Plinius *semen coriandri*, coriandro cypri semen non diffimile. optimam, inquit nasci in Ascalone & Canopo. optimum, inquit Plinius habetur Canopica, in ripa Nili nata. secundum Ascalone Iudea. tertium Cypro insula, odoris suavitate. Quod de arbore Dioscorides, id de unguento videtur dicere Plinius. Scribe optimum habetur Canope in ripa Nili natum. Canope Ægypti esse urbem, extra controversiam est. Ascalone an Iudeæ urbs, dubitatione non caret. Syria urbem esse ait Stephanus. σύριοι πόλις οὐ εἰς τοὺς ἐν ισραὴλ ρήμας Syriæ, Iudeæ vicina. In Iudea nasci cyprum, negari non potest, Iosephus lib. 4. cap. 27. de bello Iudaico: ubi Hierichuntis amoenitatem describit, satè aperte ait, circa Hierichuntem nasci. φίπει ἡ πόλις βασιλεύοντος, ὃ δὲ πρωτεύει τοῦ τῆδε κρητῶν καὶ τοῦ τοῦ μητροῦ βασιλεύοντος, ὃς τὸν αὐτοκράτορα πάντας ἔχει τὸν τοῦ τοῦ μητροῦ βασιλεύοντος. fere etiam balsamum (opobalsamum propriè succus) omnium fructuum præstantissimum, cyprum, & myrobalanum, adeo ut non peccaret, qui diceret, esse locum divinum. Cyprum vulgare ligustrum qui scribunt, falluntur. Ligustrum folia fert nigriora, quam olea, baccas etiam fert juniperi similes, non instar sambuci, aut coriandri; nec in tota Ægypto, vicinisque regionibus, ubi Dioscorides & antiqui

Cyprus vel ligustrum Ægyptum. Elhanne Alpini.

Alcmana Arabum.



Cyprum nasci scribunt, ligustrum reperiuntur. Præterea ligustrum folia non ruffant capillos, nec illos ruffo imbuunt colore. Cyprum describit Prosp. Alpinus. Verò inquit,

hæc arbor ligistro similis appareat, floribus fructibusq; exceptis, in quibus videtur aliqua dissimilitudo, inter elhanne & ligustrum. Nam & si flores racematum, perinde atq; ligustrum spargant: tamen & colore, & figura, & odore ab hi differunt; & florum siquidem elhanne (ita vocant cyprum) non albus color, sed cineritus est, florisque figura, sambuci floribus proximi apparent, illis tamen sunt minores. Odor etiam elhanne est admodum acutus, & ligustrum suavior. Fructibus non minus inter se differunt, quando ligustrum sunt bacca juniperi similes, & elhanne semina rotunda, coriandros imitantia, existant. Feri etiam folia ligistro minus lata, angustiora, candidioraque. Fructu, ut jam dixi, semina nigra, parva, multa, folliculo concludunt, qualia in granis uvarum cernuntur. ligustrum vulgare licet multas habeat notas, cum cypro sive elhanne communes, tamen diversæ naturæ planta est. Ligustrum in frigidis nascitur locis, frigus etiam vehementissimum fert: contra elhanne calidis in locis nascitur, & ne minimum quidem fert frigus; adeo ut etiam Constantinopolis, ubi in frigidibus colitur, in cubiculis aut subterraneis, hyeme recandi debeat, & adversus frigus muniri. Si Constantinopolitanum frigus non fert, qui Batayum ferret? Præterea perpetuo folio est cyprus, teste Zawolphio. folia inquit, tota hyeme permanent, ligustri verò cadunt. Cyprus porrò alia videtur

Cyprus latifolia.



latifolia, alia angusti folio. Figura enim ab Alpino propofita, diversa est à Zawolphii figura; & Alpinus florem subcinereum, sambuci floribus minorem, tribuit. Zawolphius verò flores pallidos, vel subflavos esse, nascentes in Thyrso, palmum verò longo, aliquantulum tamen explicato, ut etiam foliola, inter folia nascentia conspiciantur, ramulos idem ait esse flori concolores. Ex foliis, inquit Alpinus, pulverem conficiunt, quem archenda illi appetellant. Hac mulieres utuntur ornatus gratia, manus ac pedes colore aureo tingentes, non autem in succo lanaria, vel struthii, ut auctor est Dioscorides, sed simplici aqua eam miscentes, aquam auream faciunt, quæ aureo colore tingit, quod arcum nostræ mulieres si agnoverissent, pro deaurandis eorum capillis, nil haberent, quo securius uterentur: neque sub radiis solis se urerent, variisque modis caput lederent. Hujus pulveris meminit etiam Zawolphius. Folia, inquit, tota hyeme permanent; ex quibus in pollinem redactis, & ci-

eriorum succo exceptis, unguis, & infantium capillos, fensis diebus, rubro colore, ut etiam equorum jubar & caudas tingunt. Viridis est is pulvis, & adeo vulgaris ejus usus, ut ubique in foris, culeo eo pleni venum exponantur; immo naves eo onus ex Aegypto, & Africa, per Turcarum Imperatoris ditionem distribuenda evehantur; illo magnum vestigia, singulis annis, ex eo commercio accipiente. Meminit & hujus Bellonius lib. 2. cap. 74. Alcania, inquit, in punici mali altitudinem excrescit: sed cæsa virgulas duntaxat profert, sanguineorum viminum instar. Magnum adserit quecum Aegypti incolis: Namejus folia arida in pollinem terunt, flavo colore insufficiunt: hujus pollinis census tam ingens est, per eas regiones, quæ Turcarum subjacent Imperio, ut plus quam octodena ducatorum reddat milia. Invaluit enim ea consuetudo, ut omnes mulieres, manus, pedes, capillorum partem rubro aut flavo, viri autem unguis, hoc pulvere insificant, addito præterea alumine, puerorum utriusque sexus capillos tingunt, equorum jubar, pedes & caudas &c. Arabes folia cypri. καλοφύτης vocant. Lexicon Graeco-Arab. καλοφύτης τὸ φύλλον τῆς κυπρίνης, pro quo apud Constantiūm in viatico, etiam in antiquis codicibus alcana legitur. Quod officinæ alcannam vocant, res est multum à cypri foliis diversa. Graeci recentiores florēt Cypri κυπρίνης vocant. Neophytus κύπρον εἶδος in διηρέει τὸ κύπρον, Εἴδος αὐτοῦ ἐστὶ τὸ λεγόμενον κυπρίνη. ἔπειρος ἡ φύτη τὸ κυπρίνη. cypri species arboris in Cypro, cuius flos vocatur chenæa. alii Ziziphum sic vocant. Cypron insulam ab hac arbore nomen accepisse, Stephanus prodit. κύπρος, κύπρος μετά τὸ παραφύλλον κυπρίνη, ἀπὸ τοῦ ωντοῦ τῆς θυσαρέως κυπρίνη, ἢ ἀπὸ τοῦ φυούσας ἀνθεών κυπρίνη. Cypros insula in sinu Pamphilio magna, nomen habens à Cypro filia Cinyri, vel, quod cypros flos in ea plurima reperiatur. Nec Dioscorides nec veterum quisquam, cyprum in Cypro provenire tradiderunt, nasci tamen in ea negare non audeo. Vulgare ligustrum describere, supervacuum puto; nemini incognitum: nihil enim illo frequentius, in opere topiario. Describit Carol. Clusius nonnulla phillyrea genera, quo-

Phillyrea.



rum duo priora cum descriptione Dioscoridis non convenient. Primum folia non habet oleum, sed ilicis coccigeræ majora, viridiora, crassiora, in ambitu nonnihil spinosa, adstringentis quidem gustus, sed non ingrati. Alterum foliis alaterno priori penè similibus, firmioribus tamen, & minus nigricantibus, saporis quidem aliquantulum acris, sed in quo amaritudo sentiatur. Tertium melius cum descriptione convenit. Superioribus, inquit Clusius, minor est (mali puniceæ magnitudine, aliquando paulò amplior est) ut plurimum, illius tamen arbustulam videre memini, dorum heminum altitudinem æquantem, & ab illa, ramulum

suis floribus onustum, avellebam, è quo subiecta icon delineata est. (eundem ex schedis Clusii ramum adhuc servo) Ejus autem rami exalbido cortice teguntur, ut in altera aliquantulum rugosæ; folia haberet, ut oliva, oblonga, sed tamen latiora, molliora, & non perinde candida, sed viridiora, adstringentis gustus. Flores oleæ similes, pusillos, ex herbaceo candicantes, confertim racematisque inter foliorum exortus nascentes, fructus sunt baccæ rotunde, nigrae, instar lentisci, racematis quasi cohærentes. Hanc phillyream dico. Malunt alii cyprum vocare: sed cum in Aegypto non nascatur, nec foliis prædictis sit, quæ tingere capillum ruffo possunt colore, non video cur horum subscribam sententiae. Quartum humnanam altitudinem æquat, ramos tamen minores & frequentiores haberet, quæ superiores, nigriore cortice tectos: folia oleastri, angustiora, viridiora, amaritudinis non experta: (hæc satis ostendunt, hanc non esse phillyream) flores etiam exiguos, albantes, oleæ similes, fimbri congestos, & inter foliorum alas, circa ramulos nascentes: quibus succedit fructus, maturitate niger, baccarum myrti magnitudine, officulo duro prestitus. Nec hæc cyprus. Ubi folia quæ ruffos tingunt capillos? Angustiora sunt oleæ, Dioscorides latiora ait: nec in Aegypto nascitur. Alii phillyream putant, quam adversariorum auctores, mahaleb Serapionis existimant. Reperitur in Gallo-provincia prope Tholonam, æquat scapo & sparsis stellonibus primum, aut cerasum; folio planè phillyreæ, aliquantulum latiore, flos Ilicis, muscosus, albidus, ex plusculis in unum coacervatus, bacis, terebinthi majoribus, nigricantibus, herbidis, dulciculis nucleoli intus crassi. prioris folia oleæ sunt similiora. φίλυρα Latinis tilia, non solum arboremita dictam denotat, verum etiam ejusdem arboris bracteas. Hoc est, tenuiores membranas, inter lignum & extimum corticem latitantes. Philyra quidem tenuissimi corticis nomen est: tilia verò aliquantò crassioris, minusque quam philyra tenuis. Plin. lib. 16. cap. 14. Inter corticem ac lignum tenues tunicas multipli membryana, è quibus vincula tiliæ vocantur; tenuissimæ earum philyre coronarum lemniscis celebres, antiquorūmque honore.

Athenæus Lib. 14.

Φιλύρας εἰχε τὰς ἐπανὰς αἴρεσθαι στίφανον ἀμφικεί-
δρον.Philyra enim habuit puer foliis carentem coro-
nam circum positam.

Horat. Lib. I. Oda ult.

Perficos odi puer apparatus.
Displicet nexæ philyra coronæ,
Mitte seclari, rosa quo locorum
fera moretur.

Φιλύρας πίνακις sunt schedæ tabellæ, quibus prochartis veteres utebantur. Elian. & Eust. οἱ ψῆφοι ἀρχαῖοι ξύλινοι φλοιοῖσι, & φιλυρέους πίνακες τοῖς ψευδοῖς τίτανεσσι. veteres ligni, corticibus, philyri tabellis ad scribendum utebantur. Hinc Suidas φίλυρα εἴδος δένδρου. ἔχει φλοῖον βύσλην παπίχιον ὄμοιον. βύσλης παπίχης, ad differentiam alterius alicuius papyri. Martianus Capella lib. 2. ubi de libris loquuntur. Alii carbasinis voluminibus complicati libri: ex ovillis multi quoque, raro verò ex philyrae cortice subnotati. Hic philyra pro tilia usurpari videtur. Plinius lib. 24. cap. 8. ex interioribus corticibus, ulmi tunicas, tilias vocat, ulmi, inquit, & folia, & cortex, & rami vim habent spissandi, & vulnera contrahendi. corticis utique interior tilia lepras sedat. & interiectis quibusdam, de eadem adhuc ultimo verba faciens. Idem & præstant tiliæ cortices. Tiliam luculentum describit Theophrastus. Descriptionem illius non tradidit Dioscorides; attamen ipsi incognita non videtur fuisse. In prefatione enim lib. I. ait, ἀπογιόδει τὸν οὐρανὸν τούτον τοὺς κελυφοὺς φιλυρέους ἀρνεῖται. flores autem, & quæcumque odorata fuerint capsula tiliacea humorum non admittentib. reponantur. Ex tilia cistas fieri, auctor Theoph. Et hoc quidem ipso capite refert Bellonius in monte Atou etiam lagenas fieri ex tiliarum corticibus. Luculenter, ut dixi, Theoph. tiliam describit. Quæ in Graeco codice corrupta sunt, emendavit Robertus Constant. Verba Theophrasti in hunc sensum exscriptis Plinius. In Tilia mas & femina: differunt omni modo (id est,

tota

tota figura, ligni specie, fœcunditate) namque & materies maris dura, rufiorque, ac nodosa, & odoratior; cortex quoque crassior, ac detractus inflexibilis; nec semen fert, aut florem, ut fœmina: que crassior arbore, materie candida, præcellensque est. Mirum in hac arbore, fructum à nullo animalium attingi, (vide lib. I. c. 20.) foliorū corticisq; succum esse dulcem. — Materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis: Contrarium experimento

Tilia Fœmina.



constati ampla, magna, & procura satis arbor. Confundit Plinius phillyream & philyram. Quod ex cap. 8. lib.

К Е Ф. И А.

Aceris, & fraxini generis.

A Ceris (ut retulimus) alii bina, alii terna genera statuant. Vnum, quod communis generis nomine acerem vocant: secundum caprimum, tertium "lectirotam", videlicet, ut Sta-^{"lectirotam"} giritae distinguere solent. † Caprinus verò ab ace-^{† carpinus.} re distat, quod aceri candida, atque neruata ma-^{† carpino.} teria: † caprino autem flava crispaque: "ampla ambabus. Platano in findendo similis. Venis enim in longum fluctuat, sed gracilior, macilentior, mollior, longior. Omnia ejus fissa in acutum com-<sup>"foliū am-
babus satis magnū, pla-
tanofissuris</sup> pressa absinduntur. Nec ita semifissa, sed in sum-<sup>simile, ex-
pansum, te-
nacius, gra-
cilius, mol-
lius, lōgius,</sup> pro potius præfissa, multineruia minus sunt, quam pro sua magnitudine esse debeant. Cortice pau-^{omnēque ejus fissuræ} lò scabriori quam tilia vestitur, sublivido, craf-^{maci.} fo, spissioreque picea, & ad inflectendum contu-^{in acutum} magna ex parte tam flava, quam candida gerit. Ri-^{guis potissimum nascitur in locis, ut Idæi volunt, compressæ inventuque rara est. † De flore nasci ajunt fructum haud valde oblongum, & paliuro similem: verum ad medium usque fissa, sed tantum in summo; neque nervorum numerus magnitudini folii respondet. † De flore nihil afferunt: fructum haud}

oblongioram

λιόρω, ταλιά ἡ σφρηγκέστερον. οἱ δὲ τῷ Ολύμπῳ, τὴν
μὲν ζυγίαιν ὄρεον μᾶλλον, τὴν δὲ σφένδαμνον καὶ τὸ
ταῦτα πεδίος φύλεσθαι. εἶναν δὲ τὴν μὲν ἐν τῷ ὅρει Φυο-
μένην ξανθῆν, Εὐχετὴν, Εὐλίνην, Εὐρεαν. οἱ δὲ τοὺς
τὰ πολυτελῆ τέργυαν χρώντας. τὴν δὲ πεδίνην, λα-
κεῖν τε, Εὐαγορέαν, Εὐποτίον, Εὐλίνην. καλέσσοντες αὐτὰ
ἔννοιο γλυκον, ηγέρησαν σφένδαμνον. καὶ τῆς αὔρρεος θύλακος περε-
τὰ ξύλα, καὶ σιωπευσμένα. καὶ τὸ τῷ πεδίῳ ταύτινο
Φύεσθαι μᾶλλον, Εὐβλαστένειν περιπορον. εἴτε δὲ Εὐμε-
λίας γενη διο. τούτων δὲ μὲν, οὐφηλή Εὐμήνης εἴτε,
τὸ ξύλον ξεχαλικὸν, Εὐεύπορον, καὶ μαλακώπορον,
καὶ αὐδόζοπορον, Εὐλόπορον. οἱ δὲ πεπειστέρα, καὶ ήποιον
ἐναξήσις καὶ τρεχυτέρα, καὶ σκληροτέρα, καὶ ξανθότερα.
τὰ δὲ Φύλα τὰ μὲν σχηματι δαφνοειδῆ πλατύφυλα
λαγάδας Φυτος, εἰς δέ οὖτερον δέσι σωμημάτα καρφαγμόν

[†] Ald. Bas. οὐ πινα ἔχοντε κύκλῳ καὶ τὸ πηναθίζοντε. τὸν δὲ οὐ πηναθίζοντε κλώνα, ὅπερ εἴποι πις, ἀφυλλον· τῷ ἀμα Φυλλοφο-
ῶπερ εἴποι πι ρεῖν αὐτὸν μίσχον, καὶ τοῖ μίσχον κατὰ τὸν συζυ-
γόνον.

Rob. Const. γιαν. τὰ Φυλλα σῆσαντ εκάστον πεφυκε. συχνῶν σῆσαντες. ἵσχεστῶν τῶν συζυγῶν. ὄμοιώς καὶ ἔπις τῆς ≠ οἵης. ἐστὶ τοι. τὸ δὲ ὅλον τῶν οὐρῶν τεραγκέα τὰ γόνατα, καὶ αἱ συζυγίαι τὸ πτλῆ. κλωττα, αποτελοῦσσαι. Τοιούτας τὴν τῆς λεψίης καὶ τοὺς μαρτραὶ καὶ πλεύσεις.

^{παραχειρ.} μεταχειρίζεται πάλιν, καὶ λεπτὸν, καὶ τῇ χερῷ πυρόν. πανορόπιζον,
πανορόπιζε, καὶ πανορόπιζουν, τὸν καρπὸν διέσπασεν. πανορόπιζε
^{Vide καὶ} οὐδὲ μετέσωρεν. πανορόπιζε οὐδὲ μετέσωρεν. πανορόπιζε οὐδὲ μετέσωρεν.

πολλής καὶ πώ τὸ Ιδηνόν υπελάμβανον ἔχει, γένι αὐτῷ.
πυρρός Βασ. ἔχει δὲ ἐν λοσφῷ καρπὸν λεπτὸν καρυκηρὸν, ώς τῶν ἀ-
παργ.

ταργ. μυγδαλῶν, ἡσπικρον τῇ γενεσ. Φέρεται καὶ επειδὴ
τὸ εἰ μητέων αἴτιος, σινον Βρύσα, καθάπερ η δάφνη· ἀλλίου τὸ σρυφο-
γον. τοιούτοις τελοῦ καὶ ἔκαστον καθ' αὐτὰ σφαλμούσεις. Ὅπερετα

τεργ. καὶ ἔκαστον καθ' αὐτὸ σφαιροειδές; ὡσπερ τὰ
τῶν πολεμάνων. τούτων μὲν τὰ μὲν, τοῖς δὲ πάντοις τὰ
δι' ἀπηκτιμένα παλύ. καὶ τὰ "πλεῖστα ἔτη. Φυέται γέ

δὲ τραχεῖα, ἐπειδὴ τὰ ξηρά, καὶ πέτρωσθε. ενιοὶ δὲ
τοῖς μίλιαις τῶν, καλύπτονταί μέρη τοῦ περιβόλου τῆς Μακεδονίας.
Διαβαμέλιαν, μείζων δὲ καὶ μακρότερα τῇ Βαμελίᾳ. διὸ καὶ οὗτοι δύλοι.

μεις τῶν δὲ καὶ μακροτέρης ἡ Βαρμελίδα· οὐδὲ καὶ ηπεῖνον λαον. Φύσει δὲ τὸ ιδμ., πεδενὸν καὶ λεῖον τὸ δὲ ορεινὸν, καὶ τεχνήν. εἴτε δὲ οὐδὲ οὐ τοῖς ὄρεσι Φιουστρή, † Λαζαρεῖον, καὶ

*τις Εὐθύνες
Αλ. Bas.
Scribe οὐ-
γενος της τροχ-
η μάνη. Ε τραχεῖα.*

οἱ δὲ πολεῖς εὐχροατε, οἱ σερεά, οἱ λαύκαι γυναικεῖς καὶ αὐτές οὐ-
αγόρευον, οἱ μὲν πιελέα, οἱ τάλλαι τὰ δὲ τεθενταὶ, μαντότερα οἱ αἴγει-
ται, οἱ λείαι.
Ἐπειδὴ δέ τις σερεά, καὶ χείρω ταλλεύσας, καὶ μελισσαῖς, οἱ αἴγει-

δένην, πτελίας. ΣΕΡΦΑ, ηγή χειρώ παλιν απόις, καὶ τὸ μελισσαῖον
τὸ μηλέας. ΔΙΟ, ὡς δὲ σφέτερον Ολύμπιον Φάσοι. ταῦτα δὲ οὐ τῷ
πεδιῶν κρέπιτω, ηγή τοῦ καρπῶν, ηγή τοῖς ξύλοις. Εἰ μὲν

περισσοὶ πρέπει τῷ, καὶ τῷ καρπῷ, καὶ τοῖς σύνοισι. Εἰ μόνον
γοργὸς τῷ ὄρφτερε χεῖται, καὶ ακανθώδεις. καὶ ὁ ζωδίς εἰσιν·
ἐν δὲ τῷ περισσῷ λόγοτεος καὶ μείζης. καὶ τὸν καρπὸν ἔχ-

IULII CÆSARIS SCALIC

EN τῷ κοινῷ ὀνόμασθαι. Communi nomine appellatur στρίφεδος. Id etiam alibi in libris Aristotelicis αναφέρεται, ut species generis nomine peculiari appellare.

madvertimus, ut species generis nomine peculiariter appellaretur. Ratio est, quia primum fuisse nota. Deinde aliis cognitis, capita sit appellatio partis pro genere, propterea quod numerus illarum est secundum species, etiam Theodosius legere

generi nulla esset constituta. *νωτερος*. Theodorus lectrotariam. brevius, lectrotam. *Ε* sic sonat Græca vox. Risi ita utuntur ad axes Carpino, ut cuivis materia longe anteponant.

To Ἰωάννον οὐκέτε. Theodorus, materia ampla: id est, corpus. Purius sic: Arbor utraque notabili magnitudine. τετράνοι. Idem, venis in longum fluctuat. Verbum addidit insolens, atque extra materiam.

Ταῦτα μάκρα σόλο οὐδὲν απωλεῖται, καὶ τὰς ἄλιττας μετασχηματίζει. Διάλογος
απορίας είναι τὸ πολὺ. Πατέρας τούτου είναι οὐδὲν.

oblongiore assignant. At vero Olympi incolæ
‡ caprinum montanam potius esse volunt. Ace- ‡ carpinum.
rem planis etiam nasci, atque nascentem in monte,
flavam, grātē coloratam, crispam, & solidam esse;
quā ad opera lautiōra utuntur: campestrem vero
candidam, rariorem corpore, minusque crispam.
Quam nonnulli Gallicam, non acerem vocant: ma-
risque materiem crisiōrem esse, atque contor-
tam: & planis eām potius nasci, germinare que ma-
turius. Duo & fraxini genera: quorum alterum
excelsum, procerumque est: lignum candidum
" crassis venis, mollius, enodius, crisiōsque ha-
bens. Alterum humiliū, mīnūs auctile, scabrius,
durius, flavius. Folia laurinīs lauri latifoliae simi-
lia, in acutius tamen coacta, & ambitu leviter ser-
rata, ac subsidentia. † Ramulus totus, quem fo-
lium unum putaveris, quoniam simul canēta folia
ferat, singulari pediculo, & singulis foliis conju-
gatim, veluti per genicula pendentibus confat:
amplo interuallo conjugationibus distinctis, simi-
liter atque in sorbo. Sunt aliis breviora interna-
dia, conjugationesque patiōres: aliis, ut puta can-
didis, longæ, pluresque, & singula folia oblongio-
ra, angustiora, colorēque porracea: cortice lāvi,
spiffo, tenui, colore que rubro integitur: radicibus
crebris, crassis, ‡ sublimibusque adhāret. Fructum
Idæi nullum hanc habere existimant, atque etiam
flore carere. Fert tamen in siliqua fructum minu-
tum nucis modo, qualis amygdalæ, gustu subana-
rum. Fert & alia quædam, muscos, quemadmo-
dum laurus, verū magis † adstringentia gustum,
singulaque per se in orbem circumacta platani pi-
lorum specie. Horum alia circafructum, alia mul-
tum semota exeunt. † Quin & implicamina quæ-
dam eodem modo nascuntur. Lævis illa, locis po-
tissimum " concavis madidiisque prodit: scabra, sic-
cis, atque saxosis. Quidam alteram † bubulam fra-
xinum vocant; videlicet Macedones. Major, & ra-
rior corpore ‡ bubula est, & ob id minus crispa.
Est enim omne campetre lāve: montanum autem
omne, scabrum. Quæ montibus nascitur " colo-
rata, lævis, robusta, lentata est: quæ in planis; de-
color, rara corpore, scabraque affurgit. Ad sum-
mam arbores fere omnes, quæ tam montibus quam
planis, eadem proveniunt, monte coloratae valde,
candidæque affurgunt; ut scissima, ulmus, reliquæ-
que: plano autem rariores corpore, pallidiores, de-
terioresque, præterquam † pyrus & fraxinus, ut O-
lympi incolæ volunt. Hæ namque in planis cum
fructu, tum materie præstant. Quippe montibus gt.
scabrae, spinosæ, nodosæque proveniunt: planis au-
tem læviores. Fructumque dulciorem, carnosio-
remque ferunt: verum magnitudine campestres
semper excellunt.

JULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

EN τῷ κανῷ ἀποστεγμένῳ. *Communi nomine appellatur σφιδάσιον.* Id etiam alibi in libris Aristotelicis animadvertisimus, ut species generis nomine peculiari appellaretur. *Ratio est, quia primum fuisse nota.* Deinde aliis cognitis, capta sit appellatio partis pro genere, propterea quoad generi nulla esset constituta. *κλινόεσσον.* Theodorus lectirotarium. brevius, lectirotam. *Et sic sonat Greca vox. Rūris ita utuntur ad axes Carpino, ut curvis materia longe an-* seponant.

To Ἰούλος οὐ μέγες. Theodorus, materia ampla: id est, corpus. Purius sic: Arbor utraque notabili magnitudine. τετράνοι. Idem, venis in longum fluctuat. Verbum addidit insolens, atque extra materiam.

ταῦταις, atque extra materiam.
Ταῦτα ἡγεμονία ὅπλα οὐδὲ σωμάτια παρέχει, τὰ δὲ ἄλλα μετασχίσθησαν εἰς πολὺ. Ήταν γὰρ καὶ μέτρα. Comparat acerem

platano secundum materiam & fissionem. Et cum dixit, ac-
rem finit productiore tractu: tamē inquit, tam platani, quam
aceris partes omnes dum sinduntur, semper desinunt in mu-
cronem. Postea addit: ἡ δέ στο μετραγόδη. άνθη γερμανίστης
& πονό. Theodorus, Nec ita semifissa, sed summum potius
præfissa. At semifissa neque in ea arbore, neque in aliū an-
gulū efficeri queunt. Omnia tamen is οὐ τωνκει. Et præfi-
sum est, antefissum. Igitur quid est? non enim dicas, ut pra-
fixum cuspide robur. Itaque sic interpretere. Nunc arboris
partes partibus comparari: imam, summam, medianam. Imam
in mucronem abire: ubi sinduntur. Medianam partem non ita.
Summum autem esse γενινεγρ. tamen haud ita multum:
neque id evenire merito nervorum Ibi quoque obtinere ner-
vos pro ratione εργαστην. Theodorus aliter legit. Mul-
tinervia sunt minus, quam pro sua magnitudine.

Πυράπεργος ἡ τὸ πῖτον. Quia dixit voraxior, Theodorus legit, νυκτέρει. Item quod in nostro Codice est, οὐχι μη, legit θυκαρά. Plinius, Carpino corticem lividum, recte: scabrum ejus carpini, quam quotidie videmus nos, non recte. Et sane non est flexilis.

Πλεῖς ἀρτοὶ γὰρ κατέστησαν: De flore nesciunt. id est, an, quid, quale. Id quod tamen minus fit verisimile: indigenas conatarum arborum florem ignorare. Itaque Theodorus a littere legit. De flore nasci ajunt fructum.

Ἐν αἱρὲ καὶ μετὰ γένεσιν ἔσθος. Hinc aliud eaput. Theodorus addit, craesivenium. at iuvat id non significat. In Codice nostro est, ιπαργερδίζοντα. Id ille omisit: nec sane dum mihi compertum est, an usquam extet fraxinus aculata, Et mendum est, στριψίμη τὸ ἄφριδον. Legit Theodorus prudenter, φύλακος Ramulus, inquit, totus, quem folium unicum putaveris: quoniam simul cuncta folia ferat singulari pediculo, & singulis foliis conjugatim, veluti per genicula pendentibus constat: amplio intervallo, conjugationibus distinctis similiter, atque in sorbo. Verum non expressit vim orationis, quam Theophrastus occultavit brevitate. Inest intus quæstio, aut objectio, unum ne sit folium ramus ille, Videtur; constat unico pediculo. Solutio. τὸ φύλακος στριψίμη τὸ ἄφριδον. Folia, inquit, sunt singulare, non autem totum illud conjugatum. οὐχίων. Theodorus male, amplio intervallo. Nam neque representat Græcam vocem; Et falsum est: modico nanque intervallo frequentes sunt conjugationes.

Τερψίδη τὸ γρύπα. Theodorus legit, οὐχίων. Quoniam mox τὸ λόγον, μεμρά.

Πιεζή ἡ, καὶ λεπτότερη. Lege πυκνότερη, ut supra. **Βαθύσια,** Theodorus, concavis, Malè. Multa sunt umbrae non concavae: Et è contrario, dicas opacā.

Βρυσίδης. Theodorus, Bubulam fraxinum. Latinus Væfraxinum dixisset.

Φύσις ἡ τὸ ψόφινον περιφύλακον. Natura, inquit, fraxini: ut Bumelia sit campestris, & laevis. Alterum autem genus montanum, Et scabrum. Et ad confirmandam sententiam addit propositionem majorem syllogismi. φίσια ἡ Εἰς cetera Theodorus efficacius Et expressius. Non enim dixit δι, sed τὸ. Et addidit omne, ut circumscriberet articulum τὸ. Ceterum non feres Theophrastum contradicentem sibi. Ait enim mox, τὸ ἡ μὴ εἰ δέσποτος οὐχίων. Εἰ λεπτα, η δι, η τοῦτο τελεῖται.

Οὐχίων πλάκη. Theodorus legit, οὐχίων. Fraxinus est, ut Plinius interpretatur. Simil debuit utrunque historiam conjungere Theophrastum.

Αχρεος. Theodorus, pallidiores. Non est ita. Namque pallor, color quidem suus est, congener lutei Et crocei, Et aurei, Et ejusmodi: τὸ ἡ αχρεόν, non est color in specie, sed modus coloribus aptus omnibus: modo ne sit mera privatio. Dicimus, dilutius, aut remissius. Notabū in montibus utrunque: Et coloratus, cui debetur color: Et candidius, cui albedo est attributa à natura.

Πάλιον ἡμέρας μετά. Theodorus quoque ita legit. Igitur, contradiceret rursum sibi: campestrē enim fraxinum faceret meliorem. At corrigemus sic, ut sit, μετά, non μετάς. Suprà quoque idem dixit in capite quarto. Sanè montana fraxinus præstantior. Hic quoque Theodorus omisit αχρεόν.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Σφραδανος. Acer, nos vulgo vocamus Erable: Et Erable madré illud genus, de quo ita Plinius lib. 16. cap. 15. de generibus acerū loquens, Alterum genus crispo macularum discursu; qui cum excellētior fuit, à similitudine caudæ pavonum nomen accepit. Idem album Gallicum vocat: Et vīlōrī genere craesivenium, Aceris primum genus ex cuius materiis sunt orbis mensales alīaque ejusmodi) Italorum Asari: Secundum carpinus, η ζυγία, Opulus Colunella, cuius usus ad rumpotinum, quod est arbusti Gallici genus, nobis Opier vel Obier, Italus Oppio. Tertiū quod vocamus Plane: Et in Paduanorum agro Pied' oca, Et Platano aquatico.

Ζυγία. Periculosa verbī depravatio, ut capite precedenti. necessariò reponendū φύλλων. Sic verò τὸν φύλλον dixit infra de mespilo, id est, folium non laciniōfū & rugosum, sed tentum sive explicatum, Et expansum, vel extentum, Et exorrectum. Et σχῆμα ut infra, corruptè, pro σχῆμασι μετοχή. Intelligit in foliis aceris fissā non ita profunda esse, atque sunt in foliis platani.

Αιτιασμός. Καὶ αἱ ξανθαὶ, καὶ λευκαὶ, καὶ μαύρα, καὶ ζελαταὶ, καὶ άσπρα, καὶ μεταλλικαὶ, καὶ μεταλλικαὶ, Εἰς.

Μελιας. Plinius hæc ex hoc loco descripsit, cap. 13. lib. 16. Græci duo genera ejus fecere: Longam, enudem: Alteram brevem, duriorem, fulciorēmque laureis foliis. Bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimam-

que. Alii sitū, &c. Vbi qua de fraxinis foliis subjungit, de eaci foliis dixerat Theophrastus. Suprà monus, ipsum μετά καὶ μετάς historiam confudisse.

Ἐπιπολεῖσθαι. τὸ δὲ οὐτος οὐ περιφύλακος. Substituo, interea dū fidelius exemplar conjugatō, ιπικρεῖσθαι (vel potius ιπικρεῖσθαι): subdient enim ac dependent folia fraxinis. Pendula efficit præter pediculi imbecillitatē multitudine:) τὸ δὲ οὐ περιφύλακος, οὐτε εἴποι τοις μεταφύλακος.

Tὸν ψόφινον περιφύλακον τὸ διπλωτοριγα μετάς. Εἰ λόχης, ηγε μετάς, non verò populis.

Εἰ λόχη. Hic locus Plinius errorem coarguit, ita scribentis lib. 24. cap. 8. de fraxino: Semen ejus foliis inest, &c. Non enim semen in ejus foliis, sed in silicis folii modo latissimis: vocante que οὐροβλαστοι ab avis lingue similitudine. Fraxini figuram cum pilulis seminib[us]que exhibemus. Arborem autem suis foliis constitutum recteque expressum habes jam, in Mathioli eruditissimis Commentariis in Diosc: ubi Ornum fraxini speciem esse docet.

Tὰ πλευραὶ lege τὰ πλευραὶ.

Βρυσίδης. Hic βελονετη, ut in βελονετος. Intelligit ampliorēm fraxinum, ex qua hastæ Et Homeri tempore (cui irreverens Βρυσίδης) siebant, Et nunc Helvetiorum illa longissima tela que vocamus picques.

Εἰ δὲ. Hic δὲ, ut sape alibi, in distinctione ponitur αὶν Εὔρων, non verò pro autem. Ostenditur enim diversa natura. Et infra μετάς corruptè legitur pro μετάς, ut supra cap. 4: ubi ista ferè ad verbum. Sic in Philosophi dictis nulla restabit contradictionis.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Σφραδανος. Latinis acer, vel, ut apud Solinum legitur, aceris dicitur; ab acutie folii; vel, quod aceria artificum ingenia ejus præstantia exerceat. οφραδανος quasi οφραδανος à robore, vehementia, duritate vocatur. Suidas οφραδανος στέρρων, ισχυρών. Hinc apud eundem οφραδανον. ισχυρότερον τὸ τὸ οφραδανον ξύλον οὐληγόν.

Δύο ζυγία. duo, inquit, vel tria esse aceris genera. Plin. lib. 16. cap. 15. decem inquit, esse aceris genera. Nam ita in titulo capitū: *De aceris generibus decem.* Corruptum codice Doctiores scribunt, leguntque: *De aceris generibus tribus.* Malunt alii vulgatam servare lectionem. sed unde decem genera? Duo, ajunt, videtur genera facere, ex Gallico albo, & Rhætico sive Istrico venoso; tria deinde genera ex Græcorum campestrī, montano, ac zygia: Ut autem omnes ferme arbores in marem & feminam dividuntur, ex quinque illis generibus, si mares ac feminas separe, fient decena. Sic tiliæ duo recenter generæ, marem & feminam. Nisi hæc fuerit mens

Plinii, numerus ille constare non posset, sed utrum hæc fuerit mens Plinii, quis facile dixerit? Ego hanc fuisse Plinii sententiam; Alios aceres statuisse, duos, ut quidem, Latinorū & Græcorum nonnulli; Alios vero, tres; & hanc opinionem quorundam Græcorum esse. Hincūe scripsisse Plinum: *De aceris generibus tribus.* In re dubia nihil afferere præstat.

Ἐπειγος η ζυγία. Dicitur ζυγία quasi, conjugalis; quod ad ζυγία Latinis juga, quibus boves junguntur, conveniat. Vitruvius lib. 2. cap. 9. *Carpinus*, quod ex minima ignis & terreni mixtione, aceris autem & humoris summa continetur temperatura, non est fragilis, sed habet utilissimam tractabilitatem. Itaque Græci, quod ex ea materia juga jumentis comparant; quæ apud eos ζυγία vocitantur, item & eam ζυγία appellant. Juga & nunc ex hac confici testatur Benedictus Curtius Symphorianus. Vide cap. 5. lib. 1. Hist. Rechte etiam Gaza carpinum vertit: Plin. loc. cit. *Tertium genus zygiam rubentem fibili ligno, cortice livido, & scabro.* Hoc alii generis propriis esse

Acer Major. Acer Lob.



esse malunt, & Latinè carpinum appellant. Malè viri docti. hanc opulum Columel. putant, opulus corno similis. Columel. lib. 5. cap. 7. Cui rei maxime videatur idonea opulus, est ea arbor corno similis, quin etiam cornus & carpinus &c.

Κλινόσογός. Corrigunt, ινέροξον. Quia apud Plinium loc. cit. legitur, è viliore genere crassivenium vocatur. Corrigunt, curssivenium, id est, ινέροξον, quod venis intercurrentibus distingueretur. Nos vulgaram servamus lectioinem, κλινόσογός; sic dictū aceris genus, quod lecti ex eo fierent torno currente, vel, quod rotula ex eo tornarentur, subiectæ pedibus lectorum, ut docet Theoph. lib. 5. cap. 8. σφίνδαμος τε καὶ ζυγία τεσσεράκοντα, καὶ τεσσεράκοντα λοφίσσων.

Docet in quibus carpinus sive ζυγία, & acer σφίνδαμο differant. Recentiores σφίνδαμο nomine ostendunt arborem cuius iconem apposuimus. Procula, ramosa ac speciosa arbor est. cortice mediocriter lăvi, non adeo scabro, materie interiore tenera, ac tractabili: Ramos expandit in omnem partem complures, circa quos folia magna, lata, angulosa, modica lanugine circa venas obducta, quinquepartita, vitagineis satis similia, sed molliora, lăvioraque, superioris viridia, inferius candicantia: pediculis suffulta rotundis, viris vinifera longioribus, tenuibus, rubentibusq;. flores racematis dependent ex albedo herbacei: Succedit fructus oblongi bini, ex adverso cohærentes, circa annexum nuclei conceptaculo tumentes, reliqua parte plana, ac membranæ instar tenui, ephemeri, aut interiorum cicadæ alarum similes, nuclei candidi, & exigui sunt. Aceris hoc genus Gallis plasne dicitur. Quæ res errandi occasionem quibusdam præbuit, qui hanc arborem pro platano habuerunt: non esse platani probatur, quod pilulas non ferat asperas, sed fructus quales diximus: Deinde, quod nullo pulvere hujus folia conspersa sint. Vide lib. 4. ubi de platano agitur. Acer jam descripta major vocatur, & creditur σφίνδαμο: Alli κλινόσογός esse volunt, quorum opiniores non improbo. Nam κλινόσογός esse puto genus σφίνδαμο, ad lectos conficiendos utilius. Reperitur & minor acer, quam κλινόσογός docti putant: sed glinon & σφίνδαμο, unum esse genus, inferius docebo. Minor acer, cuius iconem addidimus, frequenter in arborem adolescit, sæpè vero fruricis in modum humilis permanet, cortex hujus similliter lăvis existit, ulmo non diffimilis, fragilior tamen, ac tiliæ substantia similis. Interior ligni substantia alba,

tenera, tractabilis, recta, & fissilis: ramos expandit numerosos, multis latis foliis, uti prioris angulofis, quinquepartitos, quandoque angulis tantum ternis (quod in

Acer minor Didon, major Lobel.

Clinotrochon angustare.



priore etiam observavi) lăvibus, glabris, saniculæ foliis, tum magnitudine tum splendore, ferè perfimilibus, sed profundiis incisis; pediculo longo rubente adhæresentibus: Flores sunt veluti majoris, herbacei, paucis intus staminibus, neutiquam racematis, sed in umbellis exscentes: Fructus similiter similes, bini ab uno pediculo dependent. tenues virgæ, folia, & nondum aridi fructus, modicum lactei liquoris remittunt, si incidentur. Primam acerem, quia lectis conficiendis idonea magis, κλινόσογός vocabimus: (sic enim docti. placet) Alteram, minorem acerem, vel, ut aliis placet, σφίνδαμο dicemus. Utraque cum delineatione Theophrasti satis convenit: quam verò carpinum vocant, an satis conveniat, inquirendum. Caudice assurgit procero, cortice inalbicante, nonnihil aspero, ac scabro, ligno solido, ac tenaci. Rami in latitudinem effunduntur, foliis circumvestiti latis, haud angulosis, sed ad ulmi folia accendentibus, nisi teneriora escent; Inter hæc triangularia quædam racematis dependent, juxta quæ capitula, cicerum magnitudine, in quibus fructus sive semen, radix firma crassaque. Non est carpinus Theophrasti. Carpinus enim aceris species, acer folio platani, dissecto, anguloso; huic folium neutiquam dissectum, aut angulosum, platano simile, sed ultimum. Carpi matieres flava crispaque, hujus alba, minimeque crispa. Carpinus corticem habet tilia scabrior, colore sublivido; hæc cortice constat tilea molliore, cinereo, aut albicante. An veteribus arbor hæc cognita, ex capite de ulmo cognoscet lector. ζυγία montana acer est, quam in marem & fœminam distinguunt, mas colore magis flavo, ligno duriore, & magis venoso, magisque criso, citius floret; fœmina tardius, & ligno est pallidiore, minusque criso. Germani, ut Bauhinus refert, ob flexuosos venarum cursus, ad opera lautiiora untuntur, lignum nobile vocantes: Ex hujus radicibus cochlearia pulchra conficiuntur. Rusticis Cretensis asphendamnos montana dicitur. Acer, inquit Bellonius, lib. 1. cap. 17. obser. in frigidis montibus nascens à rusticis asphendamnos nuncupatus, in monte Ida crissiore est mæteria, quam usquam alibi.

ζυγία. Scribe φύλλον. Nam folia aceris platanique, quo scribit Theophrastus modo, differunt: Ominus salutem, materiam

materiam platani acerisque infindendo similem esse. Folia aceris ambitu five divisura platani sunt, non tamen adeo profundè acta, angustiora tamen, nec ita completa circinatione, ut ex intuitu pictura hæc docet.

Σχόισμα. Ipsa ratio sic legendum docet, Comprobant autopsia, male in Aldino & Bas. codice συνιασθ legi. Scribe etiam cum doctiss. Constant. επωνύμia j, non ut in Ald. & Bas. scriptum est επωνύμia j &c.

Πορφύρης. Si ruffior cortex quam picea, qui ψπονίλιον sublividum. Lege cum Theodoro πυρόπερ. Vide cap. 4. lib. 5. ubi πυροπερ esse tradit. Scribe etiam αγρυπνη vel δυοκαμπη, ut Theodorus legit: male σικημπη in Ald. legitur; fragilis enim, qui flecti nequit.

Καὶ ξανθαι Theod. καὶ ἔλατα γέδε τὰ ταῦτα, καὶ οἱ τῆς ζευγῆς, καὶ οἱ τῆς λαύρας. Vult utriusque tam flavæ, quam albæ aceris radices paucas esse, non multum descendere, sed per superficiem telluris repere, crispaque magna ex parte esse.

Οὐτὸς τοῦ ἀλόντου. Quæri solet, de quo Olympi monte hæc intelligi debeant, Myrio an Macedonico? Supradixit, riguis in locis nasci potissimum acerem ex Idaorū sententia, statimque addit de Olympi accolis. Myrius Olympus vicinus Idæ. libr. 4. Eos montes jungit. Ptolomæus Olympum hunc Myrium collocat in regione Ponti & Bithyniæ. Ad Theophrasti verba si diligentius attendamus, non Myrium, sed Piericum Olympum, qui in Macedonia est, intelligit. Nam zygian inter eas recenset arbores, quæ in Macedonia non sunt campestris, sed montanae. Vide cap. 4. hujus libri. idem j nō τοιάδε τῶν ὄρεών, οὐ τοῖς ποδίοις εἰ φύται, περί μεριδίας ἐντάσσεται, πάντα, ζυγία, φύτα. &c. &c.

Τὸν ἥζειον ὄπειρον &c. Verba Theophrasti contra mentem ipsius reddidit Plinius lib. 16. cap. 15. Græci situ discernunt. Campestre enim candidum esse, nec crispum quod glinon vocant: montanū verò crispum duriusve, etiamnum ē mascula crispis ad lautiora opera. Tertium genus zygia rubentē, fissili ligno, cortice livido, & scabro. Non tria genera hic facit Theoph. sed duo tantum. Nam zygia eadem cum montana, quæ ad lautiora opera expetitur. Falsum est situ tria discernere genera. Tria autē τούτη τρια genera fecisse scribit, reliquo duo. Tria illa genera nusquam docet, situ distincta fuisse. Immo tertio generi nomen impositum, quod ad lectos conficiendos magis est idoneum.

Τὴν ἥσφινδα μετον. Hæc verba ostendunt supra legendum τούτην j μετονομασθεντα i φύδροις. De utraque enim verba illa accipi nequeunt. Nam ζυγία locis montanis nasci certum: campestribus, q. & aliquando humida, sphondamnon.

Εἴναι j μετονομασθεντα i φύδροις &c. hæc verba de ζυγίᾳ accipi debent. Nam talem eam supra descripsit, ή ζυγία ξανθή, καὶ ἔλατα.

Τὴν ἥπελικον. Hoc genus Plinius Gallicum vocat, quod in Italia transpadana & trans Alpes nasci refert. Gallicum Latini vocant, quod in Gallia Cisalpina & Transalpina plurimum nascatur. Verba Plinii examinanda. Acer ejusdem ferè amplitudinē, operum elegantia, ac subtilitate, cedro secundum. Plura ejus genera. Album, quod præcipuis candoris, vocatur Gallicum, in Transpadana Italia, transque Alpes nascens: Alterum genus, criso macularum discursu, qui cum excellentior fuit, a similitudine caudæ pavonum nomen accepit, in Istria, Rhætiaque præcipuum: E viliori genere crassivenium vocatur. In antiquiss. Veneto codice scriptum est, ac subtilitate citro secundum, Citrus ηγια. ηγια lignum præstantissimum, ut infra dicam. Alterum genus criso &c. Non est idem genus cum eo quod καρποὶ ζευγῆς Stagiritæ vocabant, sed zygia, quam Theophrastus crispam inquit esse, Plinius ad finem capitis ex aliorum sententia, genus proprium. Qui cum excellentior fuit. Male corrigunt, quod cum excellentius fuit, ut recte monet, Cl. Salmas. Nec enim ad aceris genus id debet referri, sed ad venarum discursum. Nam excellentior in illo aceris generè reperitur, & pavonū caudæ oculos imitatur, & inde nomen habet. Ita & de citri maculis lib. 13. cap. 15. tradit, cui secundam dignitatem obtinebat acer; Sunt & undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur. Idem Plinius Cap. sequenti. Pulcherrimum verò est bruscum, multoque excellentius etiamnum molluscum. tuber utrumque, arboreis ejus (aceris) bruscum intortius crispum: molluscum simplicius sparsum (rectiore venarum discursu.) Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubie præferretur citro. Nunc intra pugillares lectorumque filicos aut laminas raro usu spectatur. E brusco fiunt & mense nigrescentes. Scribe cum doctissimo Dalecampio; Lectorumque filaceas laminas, id est,

luteas, & veluti file tintas, qui color aceris in cauda pavonum conspicitur. *Silaceas.* Voce hac utitur Plinius lib. 35. cap. 7. Quatuor coloribus solis illa immortalia opera fecere, ex albis Melino, ex silaceis Attico, ex rubris, &c. Silaceus à file. Sil, pigmenti genus, luteum colorem, quemadmodum ochra reddens. Vide Plin. libr. 34. cap. 12. Reperitur etiam apud Vitruvium lib. 5. cap. 7. Malunt alii legere *sicilia*, & *laminas*; id est, secamenta, à siccando, quod verbum secare significat. Rei tamen rusticæ scriptores peculiari significatione siccilire dicunt, quæ fennicæ præterierunt. Corrigunt alii, *lectorumque solidos*, aut *laminas*. Loquitur de brusco & mollusco, quæ sunt aceris tubera. *Bruscum*, inquit, *intortius* — *citro*. Quod magnitudine mensarum non caperet. Ex eo fiebant solidi lecti, vel laminæ, quibus operiebantur lecti. Lectorum solidi, ut asperi sarcularum, cassa lignorum, inhumana literorum, & similia sexenta. Hanc lectionem ex manuscriptis hauserunt codicibus, in quibus *lectorumque solidos* legitur, ex littera d. divisa, factum est, ci. unde *solidos* pro *solidos*. Nobis prior correctio magis arridet. Notandum, brusci aliquod vestigium Gallis Hispanisque superesse, sed de alia planta intelligi. In montibus Pyrenæis, Narbonensi Gallia, locisque aliis Hispaniae finitimis, maximè circa oppidum dictum Limos, haud procul Carcasona, radices buxi, quarum illuc magna est copia brochin appellantur, quas potissimum Belgæ ac Germani ob maculas varias, ac flexuosos venarum discursus, ad opera excellentiora expetunt atque emunt.

Γλίνος. Corrigunt γλίνας, quia Plinius ait. *album quod præcipui candoris vocatur Gallicum.* Gaza etiam Gallicum vertit. male, Plinius eodem hoc capite scribit; campestre enim candidum esse, nec crispum quod glinon vocant. Aperte γλίνος vocari testatur. Quin ipse Theophrastus vulgatam probat lectionem, hoc eodem libro cap. 4. ακανθο, σφινδαμονος λειψεις τοις ορεις περιφερειαν ζυγίαν καὶ οδον, τοις ποδίοις γλίνος. Ita illo loco legitur. utrum γλίνος aut γλίνος legi debeat, difficile est judicare.

Επι οι μελιας &c. μελια forte à μελιζε, truncō, nomen accepit, quod homines ea truncarentur; Haftæ enim ex ea fiebant. Ad hastas aliaque militaria instrumenta facienda, ob firmitatem & rectitudinem maximè idonea fraxini materies. Hesiod. in Scut. Herc.

— *Από οι μελια μέρος πίνεται*

Ανδροφόνος μελινη.

Ambōsque totundit tendines.

Homicida fraxinus, id est, lancea.

Homerus Iliad. 5. aliisque locis plurimis.

Πηλας ηγετε μελιν. > αξις οι αποτε τα αιτης.

Pelia transfixit fraxino, resonuit verò scutum sub ipso.

Latini etiam fraxinum pro hasta ponunt, Statius.

— *In infandos bellī potura cruores.*

Fraxinus. Ovid.

Et coryli fragiles, & fraxinus utilis hastis.

Græcis præterea τριός hoc est trinodis vocatur, quod tamos prægrādes, ordinatis, & numero pares habeat. Sed à paribus ramis quomodo τριός dici possit, non video. τριός τρια, τριός numerus impar. Fraxini fructū officinæ à figura lingua avis & anserinæ, ορθοφύσης vocant. Est enim nonnullarum volucrionum linguis assimilis. Ante multos annos nomen hoc obtinuit. Græcos enim barbaros semen fraxini τριός vocasse ex Myrepse constat. Apud quem antidoto 65. legere est τριός, σπηνιας λαυρε, τρισάρις αιρα. Fraxinus vulgarata satis arbor; hujus duo genera Theophrastus tradit, ipsamque arborem luculenter satis describit, que de ea tradit examinare aggredior.

Εύος Theodorus *craſis venis.* Verte *nervosum.* Λίνειον *ξύλον* materia cui nervi, fibre elegantes. Alta & procera arbor fraxinus est, caudice affurgit recto, craſitudinis subinde haud exigue, frequenter mediocris, cortice contingit leví, lignum albidum, leve, durum, crispum, nervosum. ramuli hujus teneriores, recensique enati geniculis aliquot nodosi sunt, medullamque intus habent canđidam & fungosam, sed vetustiores totilignos, geniculis ac medulla carent.

Η ἥττινος. Fraxinum alteram (quam humiliæ dicit,) materiem habere ait scabriorem, duriorem, flavorem. Falluntur ergo qui ornatum fraxinum humilem afferrunt. Corticem quidem habet levem; sed interior ligni substantia minus crista est, coloratior, sed minus quam fraxini dura. Contrariū Theoph. & mendi nec ulla suspicio. Plin. lib. 16. cap. 13. Græci duo ejus genera fecere, *Longam*, enudem, *Alteram brevem, duriorem, fusciorēmque* (ξυντηρεσ Theoph.) laureis foliis.

Διαφοραὶ

Fraxinus Com.



Διφούσιδη πλατυφύλλου δάφνης. Ergo duo lauri genera Theophrasto cognita, quod ex cap. sequenti etiam constat, ubi tenuifoliae meminit. Hac occasione lauri historiam enucleabimus. Laurus antiquioribus Græcis δάφνη. Fuit hæc Apollini sacra ac dicata.

Virg. Ecl. 7.

*Populus Alcide gratissima, vitis Iachos,
Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbi,
Phyllis amat corylos, illos dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.*

Apollini grata ob multas variasque causas; quarum prior ac vulgaris, quod Apollo Daphnen amavit, quæ mutata in laurum fuit. Nicand. Scholiaſt. in Alex. ηγετεφι: ἡ χαλκίων δελφιδιάλη, διὰ τὸ τινα καρπού διακριθεῖσα καὶ πόλισθη, εἰς τοῦτο τὸ φυτόν μεταβολήν τοῦτο οὐ τοὔτονον δέσμῳ διάφορον γένεται, οὐδὲ τούτονον, καὶ διπλῶν ιδῶν αὐτῷ μεταβολήν τοῦτον, οὐδὲ αὐτῷ, τοῦ φυτοῦ τούτου. id est, *Dixit poëta, Contrauit coronam Delphicam, ob persecutam Coram ab Apolline, atque idcirco in hanc plantam conversam, unde nomen plantæ, Daphne autem Core dicebatur. Apollo autem videns hanc in plantam conversam, ex ipso planta coronam fecit.* Fuit hæc Daphne, ut Metamorph. lib. 1. refert Sulmonensis poeta, Penei annis filia, omnī virginī quæ erant in Thessalia pulcherrima, adeo, ut ipsos caperet Deos. Apollo cum ejus formam confinxisset, expalluit, quam cum neq; precibus, neq; pollicitis adire potuisset, vim ut inferret, constituit: illa cursu ejus conspectū effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitatem suæ, quam promiserat, perpetuum ferret auxiliū, quam ille, auditis precibus, Deorum ut vim effugeret, in laurum convertit;

*Cui Deus, at quoniam conjux mea non potes esse,
Arbor eris, certè dixit, mea. Semper habebunt
Te coma, te cithare, te nostræ laura pharetræ.
Tu ducibus latus aderis, cum lata triumphi
Vox canet, & longas visent Capitolia pompas.
Postibus Augustis eadem, fidissima custos.
Ante fores stabis, medianaque tuebere quercum.
Utque meum intonsis caput est juvenile capillis,
Tu quoque perpetuos frondis semper gere honores.*

Paulò aliter hanc fabulam narrat Cassianus Bassus in Eclogis Georgicis lib. 11. cap. 3. δάφνη λαδων θεού πολεμού πολεμεῖ θυγάτηρ θεοπεπτερίτη, ἐργασίας τοῦ πατέρος διπλῶν, οἷς τρεμεῖσιν οὐδὲν ποτε λαμπαρασθεῖσιν εἴη, αὐτῆς τοῦτο διῆστι, φασὶ διεπειπτεῖσθαι τὴν μήτερα την̄, Εἰς τοῦ πατέρος διεπειπτεῖσθαι την̄, τοῦτο πατέρου τοῦ πατέρος διεπειπτεῖσθαι την̄.

φυτὸν αἰνιδόντος, ἀπόλλων θεού διεπειπτεῖσθαι την̄, Εἰς τὸ πατέρος διπλῶν παρεῖντος δάφνης ἀνέρας οὐκανόμενος. λαδων ἡ αὐτὴ Φρερώ πολέμον, εἰς φατεσσαντο. Daphne Ladonis fluvii filia fuit pulcherrima. hujus amore percitus Apollo, eam ut dilectam insequebatur: quam igitur apprehenderetur ipsa à Deo, supponitasse fertur matri Terre, & ab hac suscepit esse: cum autem statim pro ipsa arborem redderet, Apollo ea conspecta, obstupuit, & arborem quidem & virgine, Daphnen, hoc est laurum æquivocè appellavit; ramo vero à planta accepto sibi coronam fecit. Fabellam hanc exscripti, ut locus Galeni, qui Lib. 1. καὶ τόπου, cap. 1. circa finein reperitur, facilis intelligi possit. διονυσιανού φύλλων αἴτη, ἡ χαλκή, γαλανίδη φύλλων ἀπαλή, χαλκή, καρλικηνα χαλκή. Succi foliorum Dionysiaca tenerorum, succi foliorum ladonis tenuorum, succi calliceros; id est, succi foliorum cindrosæmi, lauri, & faenigræci. Vide cap. de androsemo & faenogræco. Ladonis folia lauri sic dicta à Latona Apollinis matre; propterea quod Apollo Daphnen puellam, etiam in laurum jam mutatam, ut amicam amavit, ut sic laurus patronymica voce ab illa appellata sit Ladonis. Hoc quidem modo ut λατῶν, quæ Latona Græcis est, primum fiat, λατωδης, patronymicum masculinum, Latoides, hoc est Apollo, & ab hoc γαλανίδης, feminini, Latois, hoc est Daphne; deinde vero insuper quoque Dorico more, mutato in α, & τ in η, insertoque ex λατωδης, formetur, λαδωνis quæ vox Latona nurum, id est, Daphnen ipsam significet; & quia in laurum est mutata, consequenter etiam laurus Ladonis, quemadmodum Daphne Græcis appellatur. Hæc nimis longè perita videntur. Prior opinio arridet, & huic favet Cæſianus Bassus. Dantur & aliae causæ cur Apollini Sacra hæc arbor, nempe quod naturæ ipsius convieniat Apollinis. Arbor enim natura calida, cuius folia & fructus calfaciunt vehementer: Apollo ignis ipse, ut pote Sol. Cæſ. Bass. loco citato, καὶ ποτότης οὐ παλαιοὶ τοῦ δελφιδιαίτη, οὐ πυρὸς πατέρης τὸ φυτόν, καὶ ἀπόλλων ποτέ. οὐδὲ τὸ φυτόν μεταβολήν τοῦτο οὐδὲ πατέρης τοῦτο. & hanc veteres Apollini consecravunt, quod igne plena sit planta, & ipse Apollo ignis est enim sol. Vnde etiam demonibus adversatur. & ubi laurus fuerit, inde Dæmones redunt. Lunæ imaginem cum laurum ramum tenere pingunt, significant, ut Ptolomeus in Almagistra docet, illam colorem una cum lumine à sole accipere. Est & alia causa cur Apollini grata, quod, ut Plinius ait; lib. 15. cap. 30. spectatissima in Parnasso monte nascatur. Accedit quarta ratio; οὐρανοῦ σύρραγον οὐ Hesiodi scribit scholiast. valet ad instinctus divinos, id est vaticinia: ideo laurus μαστητό φυτόν & apud Lycophronem, vates dicitur διφράγμα.

Δαφνιφάγον φοίβας εὐλαμψά ὅπῃ.

Hinc Erym. auct. & Euſtathius collegerunt, laurum δάφνη dicit, à δι intentionis particula, & φην quasi φαιν, id est vox, Laurum gestabant, & admirabant, qui Vaticinandi scientia callere volebant, quod ex Heliodi verbis in Theogonia probatur.

Οὐ οὐ φασι κούρας μηρας, οὐ δίδει αἴρητα ειαί.
Καὶ μηδεπίστρον ιδει, δάφνης εἰδηλιθός οὖσι,
Δερναδημη θυτηρ. ιπποδόσια οὐρανοῖς αἰδοῖς
Οὐδέ, οὐτε κλιδοῖς πάτεισούτα, αὐτοὶ τούτοις.

Sic dixerunt filiae Iovis magni veridice,
Et mihi sceptrum dederunt lauri perviridis ramum
Decerpere mirandum, inspirarunt autem mihi vocem
Divinam, ita ut scire tam futura quam præterita.

Laureum ramum Hesiodo, non tanquam poetæ, datum fuisse satis ostendunt versus postremi: Inde tamen non sequitur, poetæ non esse lauro coronatos.

Virg. lib. 3. Aeneid:
Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro
Occurrit.

Hujus arboris coronæ, Apollinis templs appendebantur, & vates iis coronabantur, dicebanturque laurini foliis vesci, Lycophron.

Αλλ' ἀστρονομού παραμετροῦ βασιδ
Δαφνιφάγον φοίβον οὐκ λαδων οὐτε
Σφιζος μελαίνης γῆρας οὐκανόμενον.
Sed immensum fundendo, confusumque clamorem
Laurivoro vaticinata est ore
Nigræ Sphingū vocem imitata.

Huc allusum est à Tibullo.

Vera cano, sic usque sacræ innoxia lauris
Vescar, & aternum siemih virginitas.

Vatici-

Vaticinationis ergo arbor laurus, Geponicor. auctor, καὶ μαστίχη ἐπέντειν οὐρανοῖς φυτόν. καὶ τὸ περιπολῆς τοῦ καρδιῶν σφραγίδων οὐρανοῖς φυτόν. καὶ λαζαρίας τὸν σφραγίδων τοῦ περιπολῆς τοῦ καρδιῶν σφραγίδων. — αὐτὰς ταῖς τοῖς μαντεῖαις προστέντες αὐτάς, τοῦ περιπολῆς τοῦ καρδιῶν σφραγίδων σφραγίδων. At ex eo tempore vaticinationis signum arbor fuit: *S. quod non minus conveniens est, pueram quoq; Sophronem, hoc est, sobrietatem nominant; vaticinatio enim ex sobrietate provenit — sed & in vaticinis eae accense, prophetiae absentiam invenisse dicuntur.* Laurus, inquit Serapio, dormientium capite apposita, facit, ut videamus vera somnia. Plura qui hac de re velit, legat Paschali De coronis doctiss. librum, audeat eruditiss. Cœlum Rhodiginum cap. 7. lib. 5. Non tantum vates gestabant, ac coronabantur lauro, sed etiam poetæ, ut ex versu Asclepiadis in Homeri statuam colligitur.

*Kai στὶν γελασίνην διένειντο ερυθράμματα, τοῖς πάντας
Ωρίζειν διέφυγες οὐρανοῖς ακρόποτα.*

*Et tibi pulchra habentem folia incolumes omnes ultra,
Porrexerunt lauri sacrum ramum.*

Horat. Lib. 4. oda. 2.

Fervet immensusque ruvit profundo,

Pindarus ore

Laurea donandus Apollinari.

Lib. 3. od. 30.

— & mibi Delphica

Lauro cinge volens Melpomene comam.

Nec tantum ipsi poëtae laurum gestabant, sed etiam qui poëtarum carmina recitabant. & πανδόδοι dicebantur. Poëtae vero qui carmina propria recitabant, in manu laurum tenentes, dicebantur ἡμέρας ἀδεῖον. Callimachus.

*Kai τοῖς ἡμέραις μέσον ὑψηλόρροος
Ηταῖος ἔπειδε δεδηγαθός.*

*Et super virga splendentem sermonem
Continua serie cantabat acceptus.*

Ex his ἡμέραις ἀδεῖον rem antiquorem esse πανδόδοι constat. Apud antiquos lauri myrtique ramus, in conviviis circumferebatur pro lyra, cum qua accumbentes, qui fidibus nesciebant, Icholia, id est, convivialia carmina cantabant. Hesychius μυρτίνη κλάδον ἢ σφραγίδην ποτε λόγους διδότας τοῖς ἀνακεφρόδοις οὐ παραδοχής, νοτίος τοῦ ἀστερού αἰρετού βασιτοῦ. Myrti laurique ramum consuetum erat dare accumbentibus, per vices, super quo pulsarent loco barbiti, id est, instrumenti musici. Lauri folia veteres in conviviis apponebant, & commedebant, ut scriptum reliquit, Lib. 4. Deipnosoph. Athenaeus κατέπιν αὐτοὺς (ιπτελα) μετ' ἡδύτων τοῦ φύλακος σφραγίδης ποτε λόγους πορφύρας τῷ πολέμῳ φύλλα, οἷον τὸ φύλακος καρπαθικόν. Οὐδὲ τοῖς λόγοις ποτέ φύλλα σφραγίδης ποτε λόγους τῷ πολέμῳ φύλλα, οἷον τὸ φύλακος καρπαθικόν. Καλλίας οὐδεὶς τοῖς κύκλῳ λόγου φύλλοις φύλλα σὸν διετῶν καρπαθικὸν ἡδὺ τὸν τερρυματικόν, πραεβαντος επεκλιμ (επεκλιμ post coenam bellaria) lauri foliis obvolutum, quod avide post cœnam vorarunt (loquuntur de epēkliμ que pueris dabantur) qua de causa nuncupabant lauri folia cammatidas, & psesta ipsa cammatas (Diocles Φιλία liba dici vult à verbo καμμαντεῖν avide voro, ab sorbeo καμματίδας vero, quibus liba involvebant, à καμματίδας slecto, involvo. καμματίδας ergo αὐτὸν καμματίδας) lauri folia pro bellariis habita fuisse. Sic docet Callias, sive Diocles in Cyclopidibus. Tūne tolles folia lauri (ἀρτὶ διπλῶν διφράστησε) suavia, que inter bellaria apponi solent. Pompejus Lenaeus (ut Plin. libr. 15. cap. 30. tradit) Delphicam & Cypriam laurum mustaceam appellavit, quod mustaceis subjeceretur. Hinc apud Ciceronem lib. 5. Epist. ad Attic. 20. querere lauream in mustaceo. Mustacea sunt lenia cibaria ad stomachum reconciliandum; & fercula facilimæ digestionis, quæ dabantur iis qui crudi & imbecillioris erant stomachi; Mustaceos, inquit Catō, sic facito, cap. 121. Farina sanguineum medium unum, musto conspergito, anisum, cuminum, adipis p. II. casei libram, & de virga lauri deradito, eodem addito. *& ubi defixeris, folia lauri subtes addito, cum coques.* Quaret quis, cur lauri folia bellariis & mustaceis addiderint veteres, cum non sint usque adeò grato sapore, ut pro delicis haberit possint: Dicendum, non addita fuisse laurina folia saporis gratia, sed sanitatis: scribit enim Γεπονικοῦ auctor lib. 11. cap. 3. *υγείας εἶναι ἰσχεσίαν. ad sanitatem esse efficaciam;* id est, ad valetudinis conservationem conducere. λαζαροῦ, inquit, Cassianus Bassus, οὐ καὶ πότε οὐδὲ τὸ διάφορον, ἐπιστείχοντες εἰσιν. οὐδὲ τὸ φύλλα αὐτῆς επιστείχοντες τοῖς μέχοντος τῷ ποτε τῷ περιπολῆς τοῦ περιπολῆς τοῦ καρδιῶν μέχοντος. Dicunt insuper & de lauro quod sanitatem videlicet efficiat, unde etiam folia

ipsius Magistratibus à populo prima Ianuarii mensis, id est, Calendis, porrigebantur, itēmq; caricae. Idem refert Macrobius Saturnal. libr. I. cap. 12: sed mense Martio id factum fuisse non Ianuario, tradit. Eodem quoque, inquit, ingrediente mense (Martio) tam in Regia, curisque atque flaminū domibus, laureæ veteres, novis laureis mutabantur.

Ovid. Lib. 3. Fast.

Laurea flaminibus que toto perflitit anno

Tollitur, & frondes sunt in honore novæ.

Ianua tunc Regis posita viret arbore Phœbi,

Ante tuas idem curia prisca fore.

Vestra quoque ne folio niteat velata recenti

Cedit ab Iliacis laurea cana sociis.

An ob causam allatam ex Cassiano renovabantur lauri, affirmare nequeo. Verisimile fit, lauri ramo, veluti virtutis præclarissimo symbolo, queritvis admonitum fuisse, ut, sicut in foribus renovabatur laurus ne aresceret, ita non fineret in se exarescere virtutem. Ut ramus lauri, amissa viriditate fit præda ignis, ita virtus cæpta tantum non continuata excipiatur in honesto fine. Sed nihil impedit propter jam dictam rationem ex Cassiano, appetitos fuisse lauri ramos foribus Principum. Certè eam ob causam Tutelæ sacrarunt, quod in locis ubicunque vel fata, vel affixa fuerit, incolumitatem præbeat. Neque aliam ob causam Aesculapii caput laurea redimitum legimus. Columba quoties ægrotare incipit, lauri folio decerpito, sibi ipsi medetur. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant. Corvus occiso chamæleonte, lauro infestum virus extinguit. Picam fama est; ubi ægrotat, lauri folia in nudum congerere, illiisque morbum arcere. Ob has aliæve causas Aegyptii sacerdotes in hieroglyphicis, per picam lauri fólium ore tenentem, indicant hominem sibi mendem. Videt lector, cur lauri folia antiquitas bellaria addiderit. Accedit alia ratio; nolebant sibi vinum nocte, vel potius, cum vinis essent, vinum tamen redolere nolebant, ut sobrietatem mentirentur. Qui multum vini ingurgitant, solent odorem gravem emittere, & quandoque nihil præter viuum olere: hunc ut obtunderent odorem, lauri folia vorabant. Quod non obscurè Marialis lib. 5. docet.

*Fatere multo. Myrtale solet vino;
Sed fallat ut nos, folia devorat lauri,
Merumque cauta fronde non aqua miscit.
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Quoties venire, Faule, videris contra;
Dicas, licebit, Myrtale bibit laurum.*

Non sit verisimile, lauri folia ab ebriis devorata, sed manducata tantum, ut suavem emitterent halitum, vineaque obtunderent odorem. Quippe cum, teste Dioscoride & Plinio, lauri folia vomitiones moveant: quod parum honestum, iis qui sobrietatem metitiri volunt. Ergo manducarunt ea tantum, vel aliis simul cibis addita, ut bellaria, & mustaceis, commederunt. His & similibus si adantur laurina folia, non tantum non movent vomitus, sed cibum sapidiorem, & ventriculo gratiorem faciunt. Sicut rhaphanus inter cœnandum, aut prandendum, quæ aliqui vomendi gratia datur, est veluti ciborum condimentum, appetentiæ; incitamentum: sic laurus alii obsoniis mixta, stomacho grata admodum, calfactione facit, ut cibus à ventriculo bene concoquatur. Cibaria enim, quibus permista est, obtundunt acrimoniam, quæ ventriculi vellicat, & quasi ad vomendum impellit. Vini tenuilitati propulsat, quod viti inimica, ut lib. quarto dicam: Resistit ebrietati, quod vi exficatoria fumos vaporesq; qui ad cerebrum deferuntur, absunt. Corona tamen laurina potatoribus inutilis, ut monet Athenaeus, lib. 15. αὐτὸς δὲ διάφορος διάδοξος τοῦ μέτρου ἡγεμον: sed non similiter laurea corona facit; potatoribus inutilis. Trahit enim sua caliditate, ac partium tenuitate spiritus, vinique vapores ad caput, Mitto compositores. Plin. lib. 15. cap. 30. *Laurus triumphis propriæ dicatur, vel gratissima dominus janitrix Caesarum Pontificumque, quæ sola & domos exornat, (alio ordine codex salm. pontificumque sola, quæ & domos exornat) & ante limina excubat.* Perdurat hoc, ut & alii gentilium mores, in hunc usque diem in quibusdam regionibus. Namque ubi dies festus advenerit, laurus non modo templorum valvas decorat; sed ubi dies geniales adfuerint, magnorum, & ingentium palatiorum est janitrix. Laurus ista, ut Hesychius scribit, καρπός dicitur,

τάρανδος διάφυτος λόγοι τοις πάλαι κομης laurus que ante fores ponitur. Eadē ut Etymolog. anctor docet, κορυφαλία, vel, ut apud Hesych. legitur, κορυφαλία dicitur, κορυφαλία η ουρανού φύσιν quoniam, inquit, οικλάδος quos vocant κορές, θεάτη. Id est, coryphale laurus que ante fores ponitur. Alii hanc nominis rationē adserunt, quod ισχαράτας τάλαρι, ε ισχαράτας, (qui κορός & ισχαρά dicitur) διφάς ισχαράτας ισχαράτας ε γένους eis τοις ισχαράτας κορυφαλίας Αρτεμίδης. Hesych. κορυφαλία διφάς ισχαράτας, τάλαρις εισπανίλα. αλλοι ή ισχαράτας θεάτη, laurus ante aedes posita, nonnulli sic vocant egressionem, id ist ramum oleæ, lana obvolutum, de quo vide cap. de olea. Alii profugum peregrinum sic vocant Deum. Idem Plinius. Ipsa pacifera, ut quam prætendit etiam inter armatos hostes, quietis sit indicium, Romanis præcipue latire, viceriarumq; nuntia. additur littera, ε militum lanceis, pilisq; fasces Imperatorum decorat. Bodin. cap. 33. Quin Imperatores insignis vicia parta, laureatis fascibus incedebant, nuncios cum laureatis jaculis mittebant, naveisque laureatas, ac vitatas, ε litteras ad Senatum mittebant lauro undique cinctas, quas nunc vicires nunc laureatas appellabant. Cæsar. lib. 3. de Bello Civ. Pompejus eo prælio Imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit: atque ita se salutari postea passus est. sed neque in litteris, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laurea præstulit. Tacitus. lib. 3. Hist. Ipse (Vitellius) lauream prospere gesta rei ad fratrem misit. Idem Tacit. Nec Agricola propteritate rerum in vanitatem usus, expeditionem aut. vicioriam vocabat viatos continuiss; ne laureatis quidem gesta prosecutus est. Suetonius de Octavio, patre Augusti. videre ius est filiam mortali specie amptiori cum fulmine, sceptris, exuviasque Iovis Opt. Max. ac radiata corona, super laureatum currum, bis sensis equis candore eximio trahentibus Claudiu Caligulam Cæsarem ob egregiam Romanorum vicioriam, ac insignem cladem stragemque Germanicæ pubis vel juventutis, laureatas literas Senati misisse legimus. Pers. saeryra 6.

— Missa est à Cæsare laurus.

Insignem ob cladem Germanæ pubis. —

Martialis de victoria Imperatoris Domitiani.

Publica vicires testantur gaudia chartæ
Martia laurigeræ cuspide tela vident.

Ovid. de victoria Augusti.

Non ego vicires lauro redimire tabellas.

Scribit Plutarchus, Scipionem de Carthaginensibus triumphantem, altera manu sceptrum, altera laurum tenuisse. In certaminibus Pythiis laurea corona præmium fuit.

Ovid. 1. Metamorph.

Neve operis (Pythonis interempti) famam posset delere
vestustas;
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdonata Serpentis nomine dictos.
Hic Iovenum quicunque manu, pedibusve, rotave
Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem;
Nondum laurus erat, longoque decentia crine
Tempora cingebat, de qualibet arbore Phœbus.

Hinc laurum dici à verbo laudis docet Isidorus: Hac enim, inquit, *crown* laudibus viciorum capita coronabantur. Apud antiquos autem laudea nominabatur, postea d. litera sublata, ε subrogata. r. dicta est laurus, quod etiā non videatur absurdum Pergit Plinius. Ex his in gremio Iovis Opt. Max. depositur, quoties letitiam nova vicia attulit: Idque non quia perpetuo vireret, nec quia pacifera est, præferenda ei utroque olea est, (codex Venetus. præferenda utiq; myrto & olea est) sed quia spectabilissima in monte Par-nasso, ideoque etiam grata Apollinis, assuetis eo dona mittere jam ε Regibus Romanis teste L. Bruto. Fortassis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem publicam in meruisse lauferam tellurem illam osculatus ex responsō. (vide Livium librō I. & Valerium Maximum. lib. 7. cap. 3.) ε quia manus arum receptarumque in domos, fulmine sola non icitur. Ob hanc causas eūdē crediderim, honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia sufficienitum sit casis hostium, ε purgatio; ut tradit Massurius. Fulmine laurum ici experimento recentiorū constat. Tiberium Cæsarem Suetonius refert, (idem Plin. paulo infra) tonitru mirum in modum expavisse, & turbatione cœlo nunquam non coronam lauream gestasse. Alieq; dixerunt laurum, quod fulmine non laedatur. An carmen Horatii lib.

2. Oda. 15. De solis æstu, an fulmine arcendo intelligi debeat, in medio reliquo.

Tum spissa rami laurea ferrido's
Excludit illus. non ita Romuli
Præscriptum, ε intonsi Caronis
Auspiciois veterumque norma.

Hac de causa Cassianus Bassus lib. 7. cap. 11. ne vim a fulmine corruptur, jubet vini vasa ramis laureis operari. στιθεσθε την πώμασι τὸν πήλινον ἀπρόκει (vulgo ἀπόρει) τὸν ἄπο τὸν βερύλλον εἰς τοστὸν βλαστὸν τὸν ἐντονον τὸ διφρόν κλαδὸν ειπηγίαν τὸν τόπῳ, εἰς διφρόν ιστιν. οὐδὲ εἴδι κεραυνὸν οὐπον αὐτῷ. Neque enim morbus facer, (Epilepsia,) aut Dæmon locum infestat in quo laurus est, quemadmodum neque fulmen ubi eadem. Res divina foret laurus, & plures colebant, si Diabolus fugeret eam. Redeo ad Plinium. Adeoque in profanis usibus pollui laurum ε oleam fas non est, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria græve debeant. (vide cap. de olea) Laurum quidem manifestò abdicat ignes crepitū, & quadam detestatione (lege testatione) interaneorum etiam vitia, ε nervorum ligno torquente. Tiberium Principem tonante cœlo coronari ea solitum ferunt, contra fulminum metus. Laurum inter urendum crepitum fragoremque edere, experientia docet.

Maro. Ecl. 8.

Sparge molam ε fragiles accende bitumine lagros

Id est inter urendum fragores & crepitum edentes; nihil enim æquè magno sonitu crematur ac laurus. In ea significatione interdum fragilis usurparur, ut à Lucretio.

Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.

Nam quoniam crepant, quæ franguntur, fit ut fragor interdum sit sonus & fragilis sonans, nulla res, ut dixi, majori sonitu crematur ac laurus. Lucret. lib. I.

Lauricomos ut si per montes flammæ vagetur
Turbine ventorum comburens impere magnō.
Nec res ulla magis quam Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu flamma crepitante trematur.

Theocr. 2. Eidyl.

Αἴωνι μέτρον διάφορο διάφραγμα
Κύκλωπος αφθονος εποδὸν εἰδόμενος αὐτῆς
Οὔτοι τοι διάφοροι φλοξὶ σάρκα μαθήσονται.

Ego verb in Delphide hanc laurum
Vro: ε sicut illa crepat valde inflammat,
Ita subito conflagavit, ut neque cinis de ea apparuit
Ita etiam Delphidis caro in flamma consumatur.

Hinc quidam διάφυτο dictam putant laurum quasi διαφαντο, id est, sonum inter urendum edentem. Sonum crepitumque flammæ admota non reddit, quod puridi quid in se contineat; sed (ut recte Scaliger) ignem facile concipit, quia multum continet aëris, quod & ligni spongiosa constitutio declarat; quocirca etiam crepitat. Evidem vulgare est (in castanea quoque). ignitum aëruin parvo tumescere momento, atque circumstantem cognatumque suum refilitione frangere atque impulsione. Laurum ominatricem esse vel ex eo quod dixi intelligitur. In Sæc. lauri accendi mos fuit, ut troat crepitaret, de ea re, super qua consultur, conjectura fieri possit. Patet hoc ex hisce Tibulli versibus, lib. 2. Eclog. 6.

Vt succensa sacris crepiret bene Laurea flammis,
Omine quo felix, ε sacer annus eat.
At laurus bona signa dedit, gaudete coloni,
Dissentet spici horrea plena Ceres.

Propert.

Et tacet extincto laurus adusta foco.

Virg. Ecl. 6.
Omina, que Phœbo quondam meditante beatus
Audierit Eurotas, jussitque ediscere lauros,
Ille canit.

Sic locus iste legendus. Omen enim capitur ex lauro. Boni ominis laurus, in domo Alexandri Severi jam infantuli, juxta perficam arborem nata; quæ intra annum ipsam perficam incremento mirabili superavit. Prædixerat Aruspices, (fides penes auctore) futurum, ut puer is Perfas olim evinceret. Eidem Severo portento sed infasto fuit alia laurus ingens & antiqua, quæ in palatio cuiusdam civitatis, à qua proficilcebatur ad bellum, quod contra Germanos paraverat, subito collapsa fuit. Mortis hæc indicium habuit. Boni ominis laurus quæ circa Pompeji fasces alligata fuit. Hæc cum longo itinere exaruisset, in vico Galatiae cum Lucullo in colloquium descendenti, reviruit. Quod gloriam rerum à Lucullo gestarum ad Pompeium transiit, interpretatum est, & paulo post confecutum. Mali ominis quæ Iulii Caesaris cædem præmonstravit, quum pridie Idus Martias avis regaliolus cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ sese inferens, à variis generis volucribus, ex proximo nemore consequentibus, ibidem decerpta est. Novissimo anno Neronis, in quo Cælarum progenies defecit, sylva Vérentana radicitus exaruit.

Egregiè Tibullus lib. 2. Eleg. 6.
Tu procul eventura vides, tibi deditus angur,
Scis bene quid fati provida canter avis.
Tuque regis fortes, per te præsentit barus spex.
Lubrica, signavit cum Deus exta notis.
Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla es
Abdita quæ senis fata canit pedibus.

Plinius loco citato, sunt & circa divum Augustum (idem tradit Sueton.) levanta ejus digna memoratu. Namque Liviae Drusillae, qua postea Augusta matrimonii nomen accepit, cum pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæsam, intrepidèque mirantis accessit miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum, onustum suis baccis. Conservari alienum & sobolem jussere aruspices, ramumque cum seri ac ritte custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluvio Tiberio imposita, iuxta nonum lapidem, Flaminia via; qua ob id vocatur ad gallinas, miraque sylva provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar, laurum in manu tensit, coronamque, capite gessit, ac deinde Imperatores Cæsares cuncti. Traditusque mos est, ramos quos tenuerunt, serendi; & durant sylva non minibus suis discretae: fortassis ideo mutatis triumphalibus, unius arborum Latina lingua nomine imponitur viris, (Ciceronis libertus Laurea Tullius vocatus est) unius folia distinguuntur appellatione. Lauream enim vocamus. Durat & in urbe impositum loco, quando lorcum in Aventino vocatur, ubi sylva lauri fuit; eadem purificationibus adhibetur: testatumque obiter & ramo eam seri; quoniam dubitaveret Democritus & Theophrastus (vide cap. I. lib. 2.) Cur laurus dicatur, cur δάφνη, ex iisque diximus constare arbitror. Illud addendum, ipsam arborem δάφνην vocari, fructus δαφνίδες. Pollux lib. I. cap. 10. ἡ δάφνη τῆς μὲν δαφνίδες τῆς δαφνίδης. Ramus vero ἀστερος dicitur Hesych. αστερος ὁ τῆς δαφνης κλαδός, οικτήρας ύμιν τούς γερούς. οειδες lauri ramus, quem cum manu tenent hymnos in Deorum laudes canunt. Recentiores Græci λαυρεy dixerunt, Hesych. λαυρεy τὸ δάφνην &c. Lauri genera, ut dixi, duo novit Dioic. & Theop. πλατυφύλλαι & λεπτοφύλλαι. Malè vir magnus apud Dioscoridē ἀπ πλατυπέροι τριχυτεροι scribendum opinatur. Hujus sententiam improbo, quod omnes codices, Oribasius etiam & Serapio, vulgatam defendant lectionem. Insuper quod Theophrastus & Nicander latifoliae & tenuifoliæ mentionem faciant, durioris vero nemo. Queri potest, cur laurū in tenuifoliā & latifoliā divisorum dioscorides qui non soleret ejusmodi divisiones, præsertim notissimarum plantarum tradere? Sed nunquam tradit hujusmodi divisiones, nisi utilitas quedam ad Medicum redeat. Fecit id ergo, quod tenuifoliā laurus majoribus polleat viribus. Nicander tenuifoliā adictus venenatos prescribit in Thieriacā.

— Μηδὲ τε δάφνης
Καρπὸν ἀριστοῖς.
Neque lauri
Fruētum tenuifoliæ.

Scholiaſt. *Αντιγόνη* τὸν ἀποφυλλὸν δὲ φύλῳ αἰσθατίζει οὐ-
τῷ φύλῳ. τὸν δὲ αὐτὸν ἐς δύρεισαν κατέθει. αἴσθατίρης δὲ λεπτόφύλ-
λος. *Antigonon laurium* tenuifoliam rariorē dixit esse, i-
psamque pulchritudinē vocari, rarioris itaque tenuiorum. Cur
tenuifolia magis δύρεια quam latifolia dici possit, non

video : Plin. lib. 15. cap. 30. Tredecim lauri genera esse scribit, quorum quædam ad lauri, de qua nobis sermo, historiæ minimè pertinet, ut hippoclossum & daphnoides, quam laureolam vocant. Duo, inquit Plinius, ejus genera tradit Cato, Daphnicam & Cypriam. Pompeus Lenæus adjecit, quam mustaceam appellavit, quoniam mustaceæ subjeceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoque, & albicante. Delphicam æquals colore, viridiorem, maximis bacca, atque è vi-ridi rubentibus: hac victores Delphos coronari & triumphantes Romæ. Cypriam esse folio brevi, nigro per margines imbricato, crispam. Postea accessere genera: tinus, hanc sylvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arbo-rem. Differt colore: et enim cœrulea bacca. Accessit & regia, quæ cœpit Augusta appellari, amplissima & arbore, & folio, bacca gustatu quoque non asperis. Aliqui negant eandem esse. & suum genus regia faciunt, longioribus foliis, latioribusque. Idem in also genere baccaliam appellant hanc quæ vulga-tissima est, baccharisque fertilißima. Sterilem vero earum (quod maximè miror) triumphalem, eaq; dicunt triumpha-tes uti. Nisi id à Divo Augusto cœperit, ut docebimus, ex ealauro quæ ei missa ex calo, minima est altitudine, folio criso ac brevi, inventu rara. Quæ sequuntur, ad lauri arboris historiam non pertinent de iis tuo loco agam. Duo inquit Catone genera tradidisse. Immo tria novit, ut ex cap. 8. probatur; ubi ait, myrtum conjugulam & albam & nigrum: Laurum Delphicam, & Cypriam, & sylvaticam-nuces calvæ &c. De mustaceis supra egi. An lauri quo-

Laurus.



dam peculiari genere uterentur veteres, ad mustacea pa-
randa, me fugit; asserit Plinius. An mustacea laurus, quam
laurum cerasum vocant? Huic maximum, & albicans
folium. In novellis enim ex viridi pallescens, in adultis
ex atro virescens. At flaccidum non est. Cypria ad nos,
quod sciam, non adfertur, nisi sit Narbonnensis, tenui
folio; huic brevius folium, tentius, margine nonnihil im-
briatum. Tinus notissima, lauro minor ac humilior est:
ramulis oblongis, articulatis, in alas divisis: foliis latis,
levibus, re lucentibus, lauri æmulis, semper virentibus.
non deciduis, odore parentibus, non alternatim dispo-
tis, sed è singulis articulis situ oppositis, flosculis in um-
bellis corymbaceis, paryulis ad ramulorum cacumina,
ex albo purpurascientibus; baccis veluti myrti, sed lon-
gioribus; ex argenteo in ceruleum. In Narbonensi Gal-
lia, Hispania, & Italia stirps hæc reperitur: in Belgio
hortensis est. Pro regionum situ ac natura mutationem
quoque nonnullam accipit: Observarunt enim recen-
tiores laurum tinum foliis corni sylvestris subhirsutis, fo-
liis venosis, folio minore. *Sterilem*, inquit, *quod maxime*
miser.

miror, triumphalem. Certè mirabile est, arborem sterilem baccatae præferri. Nec tamen quicquam mirum est, si in triumpho usus Cæsar Augustus; è cœlo enim demissa haec laurus ei que omen bonum fuit. Supra cap. 6. laurum sterile & fructiferum dixit Theophrastus. Quædam floret tantum laurus, flore copioso, racemoso; uvam vocat Theophrastus, & fructum non fert. Alia fructum fert. In quo etiam differentiationem: alterius in rotundo modice oblongus est: alterius oblongus, gracilis, & utrinque ovato mucrone turbinatus. Nemini incognita laurus, & haec causa, cur delineationem lauri aliqui nullam tradant. Non raro mediocris arboris altitudinem assequitur, quandoque fruticosa magis existit, à radicibus germina plura emittens. Cui arborea natura, ramis pluribus luxuriant, cortice virentibus: Alterius cortices rubent. Folia arbori oblonga, lata, dura, colore virentia, suaveolentia, sapore nonnihil amarantia: Alterius teneriora, ac minus sunt dura. Flores coloris herbacei secundum ramulos ac folia excent: baccæ five fructus rotundis longiores, cortice integuntur higrante. Interior harum nucleus in duas partes finditur, veluti perfici, amygdali, aliorumque; color è ruffo subnigricans, odoratus, lapore cum exigua acrimonia nonnihil americans.

Δέφηνς &c. Plinius lib. 16. cap. 13. *Graci duo generis eis fecerunt. Longam enodem; Alteram brevem, duriorrem, fusciorem, laureis folias.*

Επικριτον. Subsidientia vertunt. Legunt ergo ὑπὸγείζοντα. In Ald. Bas. ιπάκασθίζοντα. Quod, non sine marginis vel cacuminis aculeo, exponunt. Foliorum enim ajunt marginū extremitate fibrae, in molles coalescunt spinulas. Observavi quidē fraxini folia in acutū desinere, sed spini non men an mereatur, non ausim dicere; nisi placeat, salicis folia, quæ non secus ac fraxini in acutum coalescunt, spinosa dicere. At nemo spinosa tradidit, nec talia sunt. Non videtur rejicienda eorum opinio, qui ὑπὸγείζοντα legunt. Subsidere ac dependere folia fraxini ipsa docet experientia. Pendula sunt tum propter foliorū multititudinem, tum propter pediculi imbecillitatem. Non male quoque scribetur τὸν ιπάκασθίζοντα; ut sit Theophrasti haec mens in acutum coactam esse, ambituque leviter serratam, neutiquam tamen spinosam.

Θόρ. ἡ ὄλη. Recte Gaza τὸν ἡλιόν ὅπῃ εἴπει τὸ μορέον φυλλα, τὸ ἀγένητον &c. id est, ramum totum unum folium quin esse dixerit: quoniam ab uno pediculo folia simul juncta exoriantur, quæ conjugatim velut per genicula in singulis ordine dependent, frequentibus ac crebris conjugationibus, perinde atque in sorbo. Inde non illepidus Plinius loco citato. *Proceræ hec, teres, pennata & ipsa folio.* Aliæ tamen aliorum opinio. Theophrastus inquit, taxum similem esse τὴν ἀλάτην dicit lib. 3. cap. 10. Atque idem eodem capite tradit, abietis folium πλευραὶ ξεῖν pinnatum esse; quod movit Plinius, ut fraxini folium, quam πλευραὶ esse putavit, pinnatum esse traderet. Legit nimurum loco τῆς μίλας apud Theoph. τῆς μελιας Ηequis lector judicet nostra opinio probabilior. Non tamen negamus, à Plinio fraxini historiam cum taxo confundi. Nam, ut supra dixi, id notius, quam ut probari debeat. Folia sunt oblonga, pennata, ex compluribus constant, ab uno pediculo five costa, aut, ut Theophrastus, ἀφ' ἓνδημος, conjugatim heterentibus, sibiq; invicem ex adverso positis, excepto extremitate, unico; quorum singularia oblonga, lata, laurinæ similia, nisi molliora, dilutius virentia, ac nequaquam odorata, & per circumferentiam leviter serrata.

Εἰς ἡ τὸν μὲν τρεχεῖται. Scribe cum Theodoro, ἐπὶ ἡ τὸν μὲν βεγχαία τὰ μετριώπα sunt aliis internodia breviora. Sequitur enim statim, τὸν ἡ τὸν λόγικα τὸ μετροῦ τὴν τῷτε νεμπετὰ μετριώπα. Id quod significare doctiss. viris videtur. Columella lib. de arb. cap. 16. Neque opulus, neque ulmus tam idonea sunt, quam ornii; ea sylvestres fraxini sunt, paulò latioribus tamen foliis, quam cæteræ fraxini, nec detriorem frondem quam ulmi præstant. Notandum, arboreum, quam ornum recentiores vocant, foliis esse augustioribus; ipseque Theoph. tradit alterius fraxini folia esse augustiora.

Προσωρινόν, Corrigunt πολλὰ, coloris herbacei; quod hæc tamen fraxinus non sit inventa, cui folium porraceum. Orno, de qua hæc dici volunt, folium viride, herbaceum, non tamen porraceum. Folia huic ex pluribus ad unum pediculum cohærentibus, unoque eminente, constant,

veluti fraxini; sed minus dilute virentibus, angustioribus, mollioribus; ac nonnihil pilosis, per ambitum ferratis, instar sorbi.

Καὶ μετεπεγρ. Vulgatam lectionem mancam esse, ex cap. 7. hujus libri facile probatur τὸν ἡ μετεπεγρ., inquit, τὰς τοιαύτας πονηροτέρας, ἐπιβαθύτερος. Βαθύτερος & μετεπεγρ. contraria. Theop. lib. 1. de cauf. cap. 3. τοῦτο τὸ ὅπῃ μετεπεγρ., ἐπιβαθύτερος εἰς. Eodē capite μετεπεγρ. vel μετεπερπίδος docet significare radicem quæ summo tellure serpit. ἡ δὲ πίζα μετεπεγρ. εἰς τὸν, ἐπιστρέψασθαι, τοιαύτης πονηροτέρας, ἐπιπλεύσασθαι πεδίον τοιαύτης. τοῦτο ἡ μετεπεγρ. παρ αὐτῷ τὸ σελίχον τοιαύτης μετεπερπίδος τὸν αὐτοῦ. radix enim quæ per superficiem serpit confluviū excipiens succit, idque ipsum servescit faciens ac concoquens germinem emitit. plurima itaque protes juxta caudicem exsurgit, haec enim radices maxime per summum telluris sparguntur. Altam profundamque fraxinum habere radicem, probatione non egit. Ventis aībor hæc non facile dejicitur, quod satis ostendit radicem habere altam. Scribo ergo εἰς μετεπεγρ.

Ἐπιβαθύτερος Rob. Constant. Plinii errorem ostendit. A tenerioribus ramis juxta foliorum exortū multe prodeunt, simul dependentes, oblongæ, angustæ, planeque veluti siliquæ, volucrum nonnullarum linguis ferè assimiles: in quibus semen perficitur, quod guttu americans est.

Φίγη ἡ ἐπιβαθύτερος &c. Globosa hec brya. Primus in fraxino observavit Lugdunensis, collegique hyeme iam desinente. Sunt autem tuberosa, velut ex ressecato impensis glutinoso musco concreta, coactaque, specie pilularum platani, gustu nonnihil adstringentia. Lignoso intus nodo, musculum corpus sustinet. Legit οὐφόρησα, magis compacta. Etiam τὰς τοιαύτας non τὰς τοιαύτας, ut in Ald. & Bas. Cod. legitur. Conspicuntur brya hec maximè in sterili fraxino.

Βαθύστις, valde umbrosa. Gaza βαθύστις legit, Vertit, locis concavis. Quam velit eligat lector lectionem. & locis concavis & umbrosis reperitur fraxinus, in sylvis tamen pulcherrima.

Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis.

Εριος οὐ καλῶν τὸν μὲν μετεπεγρ., τὸν δὲ βουμελιαν. Sic legē cum Theod. ex Ald. & Bas. Cod. βουμελιαν vertunt fraxinum bubalam, quomodo βουμελιαν Plinius (ut suo loco dicam) cunilam interpretatus est, cunilam bubalam. Creedo bubalam fraxinū vertere interpres, quod fraxini folia ad boum pabulū reponantur. Columella lib. 6. cap. 3. autumno boves patientur fronde, probatur ulmea, post fraxinea, & ab hac populea. Idem cap. 6. lib. 5. Fraxinus quæ & capris & ovibus gratissima, nec inutilis bubus, locis asperis, montosis, quibus minus latatur ulmus, seritur. Præstat vertere, fraxinum magnam. In compositionibus particulæ βουμ & ιππον rem faciunt majorem, à bovis, ac equi magnitudine, qui βουμ & ιππον, dicuntur, unde βουμ pro immensi & grandi. Arist. in Ratt. ιππον ἀντί βουμ διδεῖ εἰτι. Sesquipedalibus usus est verbis. Alia tamen Plutarchi in sympos. 6. quæst. 8. opinio. Hic docet particulam βουμ apud Græcos, maximè θεοles, significare idem quod πλαν. θεοles & pro π littera usurpare, expunctioque λαβεῖ pronunciare, τὸ μὲν οὐκ βουμελιον ιδεῖται μεταν ἡ δημόσιον διπονικεῖται, & μάλιστα παρ ἡμῖν Αιολοῦ στ., αὐτὶς β. τὸ π' χρωμάτος, οὐ γονιβούμενον, ἀλλὰ πολύλιμον οἶον ποτε ποτίτιν διοματερόν. Videbatur ergo bulimus famem (is est γιρής Græcis) ingentem aut publicam notare; maximè apud nos, qui θεολικα dialecto. p. pro b. usurpamus; non enim bulimum antiquitus, sed pulimum quasi polylimum, id est, famam multam appellamus. Sic βουμελιον magnus jactator. βουμάτερ magnū lapathum. βουμελιον majus selinum. βουμελιον fucus major, marisca. βουμελιον grandiusculus puer. βουμελια ergo major fraxinus; quod ex ipso probatur Theophrast. μετεπεγρ., inquit, καὶ μετεπεγρ. βουμελια. Plinius lib. 16. cap. 13. bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque.

Εὐχερος. in Ald. Bas. Εὐχερος. Totam hanc periodum scribe. Εὐχερος καὶ τρεχεῖται, καὶ στενά, καὶ γλαζεῖται ἡδὶς τὸ ποδιανάχρονος, & μαλίνη λεῖα, colorata, scabra, robusta, quæ in plants dilutior, rara corpore, levisque assurgit. In hunc sensum corrigi Theophrastus debet; alioquin sibi contradicit, & experientiae refragatur. Paulò enim ante dixit, Φύσις οὐ τὸ ποδιανόν καὶ λεῖαν, τὸ οὐκ ἔργον καὶ τρεχεῖται.

Μελιας. Lege cum doctiss. Roberto Constant. μελιας ex cap. 4. hujus libri. κριτής οὐ τὴν γένοντα τὸν ζύλων τὸν τοιαύτην πονηραν πολὺ μετεπερπίδος, καὶ οὐκ οὐκ οὐκ μετεπερπίδος, καὶ τοιαύτην οὐκ οὐκ οὐκ μετεπερπίδος, &c.

Quod cornus mascula, & femina. De cedro. Quæque mespilorum & sorborum genera.

COrnus, quedam mascula, quedam foemina, quam & foemincornum vocant. Habet folium amygdalæ, nisi quod pinguis, crassiusque: corticem nervosum, & tenuem: caudicem non nimis crassum. Cæterum foemina virgas parvas, sicut ^{latiusve.} † amerina, suo latere profert, & † fruticosior est. † fruticum Nodos ambæ, perinde ac amerina, tum gemina- protos tum inuicem congruos habent. Materies maris ^{vitex.} excors, totaque solida, cornibus spissitate firmitateque similis. Foeminae vero medullam continent, & mollior est, atque cavatur: ob id ad venabulum usum inutilis. Maris longitudo dodecenorum maxime cubitorum, quanta † venabulorum Macedonicorum longissimorum est. Caudex enim totus vix ^{vitex bi-} quicquam eminet. Qui Idam Trojanam incolunt, Maremon- marem sterilem dicunt, foeminam autem fructuosam. Nucleum olivæ similē habet, gustu dulcis, odoratuq; gratus: flos instar oleæ est. Et floret, fructificatque ^{nos, atque ex-} a merinorum habere validas, & nulli perniciei obnoxias. Nascitur in humidis locis, nec tantum in fiscis. Provenit semine, atque avulsione. Cedrum quidam binam esse affirmant: alteram Lyciam, alteram Punicam. Alii simplicem dicunt, scilicet qui Idam incolunt. Est junipero non absimilis, sed folio maximè distat. Quippe cedro durum, acutum, spinosumque: junipero mollius. Excelsior quoque ^{cedros qui-} † juniperus nasci videtur. Cæterum, alii nominibus ^{dā duos esse} minimè dividunt, sed ambas cedros appellant: cedrus quam drum tamen cum appendice, cedrum acutam nuncupant. Ambæ nodosæ, aloſæ, & materie tortuſæ. † Vel potius junipero parva, spissaque materies, brevique putrescens, cum cæsa fuerit. Cedro maxima ex parte corde referta, & putredinem nullam sentiens. Fructus cedro odoratus, pulcher, gustu- tuque suavis. Iunipero cætera quidem similis, sed jam spis- niger, gustuque astringens, ut præ nimia acerbi- tate, prope ingustabilis sit. Durat in annum: tum, cum alter subnatus fuerit, præcedens decidit. At, ut Arcades volunt, fructus simul retinet ternos, id est, anni proximè exacti nondum maturum: & tertii ante præsentem jam maturum, atque gustabilem: & tertium novum ipsum demonstrant. Satyrus ambas sine flore sibi rusticos attulisse, inquit. Cortice cu- presso similes videbantur, verùm scabriori. Radices rarae corpore ambabus: atque per summa telluris dispersæ. Nascuntur saxosis & frigidis locis, & solum ejusmodi querunt. Mespili tria genera, tum, juniperus anthonedon, satanea, & Gallica, ut Idei dividere consuevere. Fert satanea fructum gandiorem, can- didiorem, solutiorem, lignumque intus mollius ha- bentem. Reliquæ minorem, sed odore prestantiorem, magisque gustu astringente, ita ut ser- vari diutius possit. Lignum quoque his spissius, flaviusque: cetera autem simile. Flos amygdale tus, esique similis in omnibus, verùm non rufus, ut illi, sed suavis, prope viridis. Magnitudine arbor ita excellit, gyroque comatur: folium magna ex parte infissum, Gallicam vocant. Anthenodorus arbor hæc ita procera, in orbem comata, folium multisidum, quod vel apium parte summa imitatur, fissuris tamen majoribus, protensum, nervosum, apio tenuius, oblongius, in to- tumque fissuris circum serratum, pediculo tenui ac longo folium ante-

quæ vel apium parte postrema imitantur, ampliore figura: quodque promissum neroosum, apio re-nius, oblongius: totumque circumtonsum est, & pediculo tenui, ac longo dependet. Antequam decidat, vehementer rubet. Radice numerosa, al-taque arbos cohæret, & ob id diurna, & inextir-pabilis est: lignum quoque spissum, solidum, nul-lamque sentiens putredinem, habet. Nascitur & se-mine, & avulsione. Morbus eatum, ut seneccentes vermis erodantur. Vermes isti grandes, & alii quam qui in reliquis cernuntur arboribus. Sorbo-rum duo genera dicunt: feminam fructiferam, & masculam sterilem. Cæterum fructibus differunt, quod aliae orbiculatum, aliae ovatum ferant. Di-stant & stuccis. Nam omni quasi ex parte odoratio-nes dulcioresque orbiculati sentiuntur. Ovati sa-penumero acidi, minusque odorati. Folium am-babus totum prolixo nervaceoque pediculo con-stans. Singula vero in versum condita, modo ala-lateribus exeunt, tanquam ex omnibus unum exultet, ad nervum usque laciniatum: verum in-ter se plusculum singula distant. Decidunt non paulatim, sed simul tota illa alata facies. † Sunt in vetustioribus brevioribusque pauciora. Omni-bus in postremo pediculi folium impar promi-net, ut etiam cuncta numero impari absolvant. Fi-gura laurum tenuifoliam imitantur, verum ambitu-serrata brevioraque sunt, nec in extremum acutum mucronata, sed in rotundius orbiculata. † Flos ra-cematis singulare peciolo, è multis minutis & can-didis constans. Fructus quoque cum large fructi-ficatur, racemi modo acervatus producitur; quippe multa eidem coherent peciolo, ita ut favi quodammodo speciem gerat. Eroditur à vermis super arbore, crudus adhuc, magis quam mespila, pyra-que, quamvis hic maxime omnium sit acerbus. Ipsa quoque arbor vermis obnoxia, atque ita seie-scens exarescit. Et vermis ejus peculiaris, rufus, pilosus. Nova admodum fructificat: etenim trima continuo parit. Autumno cum folium amiserit, protinus amentaceum gerit peciolam, pingue, ac turgidum, quasi jam parturiat. Germina itaque hyeme perdurant. † Aculeis tam sorbus, quam mes-pilus caret. Cortice lœvi, pinguisculo, colore ad flavum albicante, novæ vestiuntur. Annos autem scabro, nigroque. Præstat hæc arbos magnitudine rectitudineque. Cora concinna ornatur, quippe magna ferme ex parte nucis pineæ figuram sub ver-tice capit, nisi aliquid impediat. Materies solida, spissa, colorata, valida. Radices haud multas nec alte descendentes, validas tamen, & crassas, & in-corruptibiles agit, Nascitur radice, avulsione, se-mine: solum gelidum, atque humectum querit; quo tametsi vivacior, abolérique contumacio; tamen in montibus etiam nascitur.

Folia utri-que, pedicu-lo singulari, parvo, ner-oso, con-dita; ordinata; tim ale mo-dò à lateri-bus penna tim emican-tia, tanquam ex omnibus unum fiant; in summata-ce lacinis ad nervum usque didi-ctis, verum inter se non multum dàstant.

Sunt in extremitate, brevioribusque brevio-ra.

Flos race-matim coa-etus, ex ob-longa vel clavata ger-minatione, pluribus, candidis pe-tiolis depé-det. (fru-tus cum largè prove-nienti uite modo farcti) atque con-geitti viden-tur) quip-pe multi (flores) ab eadē oblon-ga germinatione; ita ut favi speciem aliquam præbeat. "cachryodem gerit germinationem instar clavæ. † aculeata mespilus, sorbus acu-les caret.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Hηλικοφερεῖα, Theodorus, sceminariorum. Mollius est, Cornifœmina, & κορυφοδέναις.

Καὶ τοῦ δύο, καὶ τοῦ αἰλίου. Theodorus, tum geminatos, tum invicem congruos. Melius & purius: binos, atque ex intervallo inter se respondentes. Singuli enim utrumque sunt.

Ηλικὴ σπεριστὸν μεγίστην. Theodorus, venabulum est interpretatus. Lancea militaris Macedonica sic appellabatur. Notabis Sarissas ex corno. Apollinis jaculum ex ea materia est apud Homerum in Hymno Mercurii. & volat Itala cornus, apud Poetam.

Αποθέσει. Theodorus legit ἀρχα. ut sit, quemadmodum flores instituit ex primordiis, τῷ ιχεῖ πλεῖς οὐδὲ μηχανής: ita ex floribus, fructum. Si legitimus, αὐτοῦ, sententia subibit, ἀποθέσει, καὶ φρεποφορεῖ. florem amittit subeunte fructu. Prior placet: quia sequitur, τὸν αὐτὸν τείτον.

Κεῖτορ ἡ ἡ φασί. Theodorus ludit latitudinem, cum dicit, binam ἀντίληψιν. Deest in codice Theodoris: εἰποδεξερεῖα ἡ αὔτη. καὶ ἡ μὲρος τῆς κείσεως, ἡ ἡ ἐπεργασία. Hec omnia de materia. In in qua de fructu sequuntur, varia est lectio. καὶ τὸς ἡ ἡ μέρος τῆς κείσεως, μέρη μεγάλης, ξεῖνος, λαδίου, ἡδος ιδεῶν. Theodorus, fructus cedro odoratus, pulcher, gustuque suavis.

Μεσπίλιον τελείων. Aliud item Caput. Theodorus Plinium sequutus, αἱρετοειδῆ, vertit Gallicū. Verum si ipse proderet: id quod fecit Plinius: liceret. Nunc ita interpres est, ut cogatur sequi illa verba: quemadmodum Idæi distinguant. At enim vero Idæi nusquam Gallice nomen notum habuere. Dixisset à Latinis, Gallicam, vocari. Virtuosè scriptum est, αἱρετοειδῆ. Observabis etiam historiam de frondibus hujus arboris. Nam unum genus folium fert Laurino simile, sed tenui, orisque neque crissi, neque serratis. Saltuarios quoque nostros de improviso aggressus, cum rogaesse cuius similitia folia gererent; respondere: salicis. Altera arbor est, quam Alligani Vascones appellant. Ea habet folium στρογγύλη. Sane ejus facies est inter opulum, & vitem, anguli tamen potius sunt, quam sinus. Mucrones stellarum figura in radios excent. tota planities secus pediculum angustior: ubi procedit, patescit. Verum ea mespilum non fert: sed sorbo propiore fructum, frequentem, ac propè congestum. Colore mespili & gustu, sed figura sessili, cum acinulis intus mespilaceis. Hic tamen Theophrastus nullam facit foliorum secundum species differentiam. Quemadmodum neque Tricoccum prodidit, de quo Dioscorides, & doctissimus Manardus, Lege πείρην, non πείρην.

Tigox. Theodorus, suprà de venis aceris, venis in longum fluctuat. Nunc hic, promissum. male. Nam de venis, & nervis hic quoque. Venis, inquit, procurentibus. Nam satis habebat dicere, αἱρετοειδῆ. Quae sequuntur, omittit Theodorus. καὶ τὸ ὄλον κατασχόμενον. & alia. Illamox: στρογγύλης τὸ ὄλον, circumtonsum interpretatur. Ceterum quaratione sit circumtonsum, quod seratum est. Itaque lego, στρογγύλην. Sic enim consuevit appellare Theophrastus, στρογγύλη, serraturas. Quare & κατασχόμενη τὸ ὄλον, id est, angulos & lacinias, & στρογγύλη. Igitur neque στρογγύλη lego,

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Aμυρδάλημον. Hic nisi subdit codicis mendum, erratum est authoris. non enim respondent amygdali & cornifolia. Et infra quod de ramis, minus verum existimo. non enim mascula rami ita dispositi, verum in feminâ.

Sagittaria. Sarissas exponit Livius hastas prælongas, effigie hastas Macedonum: nos vulgo vocamus picques. Sunt & cornea venabula Ovidio, & ex corno sunt optimi cunei, radiisque rotarum, quod non tacuit Plinius. Infra post στρογγύλη, deest μῆρος.

Απαθεῖ. Hanc Germanam lectionem esse puto, nec video cur mutanda sit in αἴσῃ, vel ἐπιστῇ. Vide supra cap. 6. ubi & ait τὸ θηλοκρόνιον ἐγένετο ἀρρενοφόρον. Quare hic ubi & ιδιομέρος γλυκὺς dicit, intellige de cornu maris, que ipsi καρποί: nos vocamus cornuoilles, & arborem cornuoiller.

Καὶ τὸν τὸν καρπὸν, deest μῆρος. Supra cap. 4. utramque cornum dixit, & montanam esse & in plana descendere.

Cedrus. Est & cedrus Syria de qua lib. 5. cap. 9. Non defunt qui carpanit Dioscoridem, quod haec duo cedri genera in totidem juniperos converterit: quasi non sint & due species juniperi. Ex hoc loco haustus Plinius lib. 13. cap. 5.

Τὸν ψυλοφύλιον, οὐτε καρπόν. Si cedri & juniperi in ge-

sed σχίσουσι. Et illa sic: αἱρετοειδῆ, τὸν καπαχίσματα, τὸν καπαχίσματα τὸν ὄλον.

Καὶ οἱ σπάλαις μετάλοι, Εἰδοι, οὐδὲν τὸ διάδρομον τὸ αἰλίον. Theodorus, vermes isti grandes, & alii, quād qui in reliquis cernuntur arboribus. Recte. Observebamus igitur idem, alii. Quia quod proprium cuiuspiam est, ceteris omnibus, aliud est. Notabo Atticam loquitionem. idem, οὐδὲ Σ. c.

Talidū, η σ. Aliud caput facerem. quanquam cum Mespilis posses conjugere, propterea quid in fine hujus communem quandam naturam narrat.

Φύλον δὲ αἱρετοειδῆ, τὸ μέλος μεταρχόν, ιονιδῆ. Brevitatem Atticam & rotunditatem. Φύλον δὲ αἱρετοειδῆ, in singulari, τὸ μέλος, sine verbo. deinde in plurali, περιφύλον. Dicamus de re. Hoc totum videtur: quia ab uno pediculo: quemadmodum in fraxino recitat. Tum autem declarat totum hoc. A nervo, inquit, versus prodeunt, non foliorum, si illoid folium totum sit, sed λόβος: qui quidem sicut iονιδῆ. λόβος est silqua, & ea pars auris; quae quibusdam pendet: unde in aures demittunt. Item fibre jecoris. Ex Nicandri interprete, Polluce, Athenaeo, Medicis. Quare Laciniarum nomen non inepte interposuit διστάντας αὐτὸν. Pejorata loquutio, nec ferenda. αἰλίον dicendum est. Et αἱρετοειδῆ corrindum. Quae oratio non sit longè mollior. Theodorus, amplificulo. Legit igitur αἱρετοειδῆ, non αἰλίον. & haud bona oratio est. Vult intelligi: singularia illa folia ita distare, ut ne συζεύξῃ esse videatur τὸ ὄλον illud. Superflua sane diligentia non est. Namque hoc totum, folium censetur esse. Totum enim simul cadit.

Εἰσὶ δὲ τὰ μὲν εἰπολαμπτεῖα, βεγχύτερα, ιλαττεῖ. εἰπολαμπτεῖ. Hic intelligit partem rami quae propè superficiem est. Itaque addidit βεγχύτερα; non ratione totius rami, sed quod attineret ad partem, quae haud longè abesset à stipite. Theodorus aliter legit. Sunt, inquit, in vetustioribus & brevioribus pauciora. Nescio quo modo putem vetustiores ramos esse breviores: neque etiam intelligo quantum acuminis ea sententia præferat, ut in breviore spatio pauciora sint folia. Tum autem non dicam εἰπολαμπτεῖα, vetustum, sed novum, quod accreverit vetusto. εἰπολαμπτεῖα autem usitissima vox est, ut apud Lucianum αἰλίον. verbo usus est adversus Philippum Demostenes μεγαφοράκης. & ιλαττεῖ, minoris bic sunt: non pauciora.

Ως εἴρη τὸ μέλος καρπόν. Melius florum acerum favo affimilasset, quam fructum. αἱρετοειδῆ, corrigit Theodorus, αἱρετοειδῆ.

Κακχευόδη καρπόλοι. Theodorus, amentaceum gerit peciolum. At peciolus est μέλος. καρπὸν autem supra maxilla pars turgida, idque neque amenum est, neque pilula, sed germen adeo grande, ut paucis aliis vel mense Martio tantam magnitudine. Sic dices, βλαστόν, germinabundum.

Αἰλίον. Nostrate spinosae sunt.

Ωτε τὸ μέλον. Theodorus non agnoscit haec verba, sed eorum loco: οὐτε τοῦ, & recte. mox enim disiungit per contrarium. τὸ δὲ μέλον τερψκών, Εἰ μέλον.

Τοῦ δὲ ζυλοῦ τερψκών, πυκνοῦ, ιχνεύση. Theodorus habet etiam, Αἰλίον.

nere comparantur, semper cedri altiores: itaque non οὐ, sed & scribendum.

Εὐλαβέα μέλον δὲ τὸ αἴρετοειδῆ, τὸ ιχνεύση, καὶ πυκνόν. Λοκούς corrupitissimum ita restituendus, οὐλα, μάλα δὲ τὸ αἴρετοειδῆ. Εἰ μέλον δὲ τὸ πυκνόν. Diu durare materiam juniperi confirmavit illæ trabes de quibus Plinius lib. 16. cap. II. Sed hic de medulla quæstio.

Διατετραγόνον. Non abolutè dixit juniperi baccas διετραγόνον. Meliusque si ad homines restringas. Nam ut cedri baccas, id est, καρπίδας, meles devorant, ita turdi hyeme τὸ δοκούδια avidissime depascuntur.

Εὐάδιμον, reponit ιωνίους.

Αἰλίον, que & δρανία & τελείων διοσκορίδη, Italorum est Azzarolo (ex Arabico idiomate quo mespila Zaror dicuntur) & pomo imperiale. Σαννένος, vel Dioscoridi στρογγύλης ιστιμελίς (diversa ab epimelide Galeni, que Latinus unedo.) Setania Plinio lib. 15. cap. 20. est mespilus vulgaris quam nos neflier. Tertium genus Gallicum vocat idem Plinius, quod ait degenerare, tametsi anthonedoni similis sit: Legit igitur αἱρετοειδῆ, non ut scriptum, αἱρετοειδῆ.

Tes ποντικας ἐγρέ μαλακωτης quod Plinius, acini molliore ligno. ubi acini & ligni voce abutitur.

Τέταρτον, Εχασθε. Setanic tamen hoc videtur magis convenire. Supra eis dicitur, legend. οἱ οἱ τετράν, ιδαῖς τετράν, Ε. Καὶ διπλούς τὸ τριφύλλον. Et infra cātina male pro cātina.

Μεγίστη μέτρα. hic deest vox διπλόν, necessariò reponenda. hanc enim meipili speciem sc̄or̄sim describit.

Ἐπιλογής, leg. πολυζάδης. Et infra εἰς ἡλον κατασχεματισμούς.

Βενθριστικη. hoc de pediculo intelligendum, licet Plinius ad folia transtulerit: Folia, inquit, antequam decidant rubescunt. Et quod ait inextirpabiles esse radices, vel addit de suo, vel longè abest à mente Theophrasti, si velit illud de obsoletis interpretari.

Νόσησα, hæc etiam transtulit Plinius lib. 17. cap. 24.

Τέταρτον. Plinius lib. 15. cap. 21. plenius dixit, Sorbis quadruplex differentia. Alius enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio puri, aliis ovata species ceu malorum aliquibus, &c.

Φόδον οἱ αὐμοῖς, τὸ μὲν μισχόν μακρόν. Plant falsum, legendūque φύλλον οἱ αὐμοῖς τὸ μὲν μισχόν (subaudiū) μισχόν, &c. Infra lege πλευραῖς.

Τέταρτον. Folii magnus nervus qui & πάρει, intelligitur, cuius proportionem sorbi ramulus (in quo adhaerent foliola cōsiderat μενοφύλλων) & rationem obtinet.

Απ' αὐτὸν ωτὸν συχῆς; lego, & φωτὸν τὸν συχῆς. Intellige folia singularia quidem esse atque distincta, sed non

stamutud distantia, quin ex parte se contingant. Nam circa medium ambitum ipsi coeunt in plurimis nullo relictio interstitio.

Βενθριστικη, διάτης: restitue βενθριστικη νοὺς ἐλάτιμ, nempe φύλλων. Sicut infra, πάντα δι. Substantivum est φύλλων, non γένος. Et ubi legitur μισχός, reponendum ὅτι, id est, καλάδης.

Πάντα εἴρη σεταῖς: In singulis ramulis foliis utrimque plurimum sene, unumque in summitate. Sunt igitur omnia in summa tridecim, qui numerus est impar.

Καὶ βενθριστικη. Scribe βενθριστικη, nempe τὰ φύλλα. Et pro μισχόν, lege μισχόν. Est enim συζυγία πολλῶν μισχῶν διπλαῖς μεγάντις, ex qua flores, & unde sorba dependent.

Καὶ οὐσέως, &c. usque ad πολλὰ includenda parenthesi. Nam πολλὰ dicit, nimurum αὐτὸν, non πολλοὶ οὐγένεις καρποί. Sicut enim apta similitudo: & infra sic de flore cerasi. Et πολλὰ γένη ratio est, cur αὐτὸν βαρεωδῆς appellari. Distinctioque apponenda post, δοκεῖ.

Σκωληκόφρωτον, &c. Ita legendum, σκωληκόφρωτον οὐδέποτε διέρθεται φρέσκον. Ex subsequenti loco dixit Plinius lib. 17. cap. 24. Et sorbus arbor infestatur vermiculis rufissis, pilosis, atque ita emoritur.

Ανάπτυξις μεγάλων. Si invertas, numerosa erit oratio, sed in causis nature ordinem perverteris.

Καὶ οὐσιών. Hoc in Gracia, non hic.

Στρεψιδοειδὲς (ita enim melius) σφήμα, est turbinata figura que metam efficit. Turbinationem dixit Plinius. talis puerorum turbo, qui est σφήμα.

IOANNIS BODÆI A STAPEL

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Kρανιά. Arborem Græci κρανίαν & κρανίαν vocant, fructum κρανίον & κρανίον. Suidas κρανία, εἰδὼς φυτόν. Κρανίον, κρανίος. κρανία, φύτην. Hesychius κρανία λεπτούρα. Scribe λεπτούρα. κρανία, πέπον, εἰδὼς διόρος πεπλευφαλια. Latinis cornus; quod duritie & rigiditate cornibus similes ramos habeat. Eadem fere de causa κρανία Græcis dicitur, quod instar calvariae duri sunt rami. Vide cap. 9. lib. I. τέταρτον Ἰπποστρέπτου καὶ πικονότερου κρανίου. Idem lib. 5. cap. 8. ισχυρεπτον (ξύλον) ἢ κρανίον. Hæc causa est, cur diuinus Senex ad tibiarum fracturas, ex corno machinas fieri voluit. καπνη πεπλευφαλια παρόδος λαβόν τοις γίγαντος αλλίων κρανίους παχύς ψύχον διατηταίς. Postea virginis cornes acceptis, æqualem inter se magnitudinem habentibus, crassitudine quidem digitali. Eandem ob solditatem, ex corni ligno, sagittas fecere veteres.

Virg. lib. 10. Aneid.

Conjecto sternit jaculo, volat Itala cornus.

Claud.

Apta frenis abies, bellis accommoda cornus.

Suidas κρανία, οὐ κρανίας δόρπ. Hesychius κρανία πέπον. Cornus ergo & κρανία à duritie materiei, quā, ut Theophrastus docet, cornibus similem habet, dicitur.

Τὸ μὲν αὐτὸν &c. An femina cornus, virga sanguinea, paulò infra videbimus. Recentiores corni maris duo obseruant genera, hortensem & sylvestrem. Fructus hortensis admodum variat, ut infra dicam. Plantam ipsam diligenter describit Theophrastus, fructum Dioscorides. Quid uterique dicat, examinare aggredior.

Αμυδάλη. Botanici codicem corruptum scribunt, aut in Ida monte prope Trojam, tum soli, tum cœli extantissima natura, corni folia adeo restringi, ut amygdalæ quadtentus æmula videantur. Αμυδάλη, vox cunctis suscepcta. corrigunt quidam μυλέα, malunt alii κυδενία legere. Non puto mendum latere in voce αμυδάλη sed in voce παχύπεπτη. Scribo παχύπεπτη. Corni folia venosa, è viridi nigricantia, lævia, amygdalinis latiora & pinguiora, externa folii parte amygdalæ modo in acutum exente, quæ nomine forte comparavit amygdalæ Theophrastus. Differt ergo ab amygdala cornifolium, quod latius, & pinguis sit, & quod crenatum serratumque non sit. Pinguis non est folio mali, aur cydoniae: quare vulgata correctio non arridet. alioquin cydoniae non valde dissimile.

Φλαβίδην &c. Cornus vulgaris mediocris arboris in modum frequenter assurgit; nonnunquam fruticosa manet; virgas fert numerosas, è brevi caudice emergentes, nodosas, intus fulvas, firmas, solidas, robustasque, cortice tota arbor scrabro vestitur, adstringenti admodum sapore.

Τὸ δὲ τὸ ιγλυκρανίας. Virga sanguinea cornō similis est; in arborem tamen raro admodum excrescit, fruticosa

ut plurimam permanet, raroque altitudinem quinque aut sex cubitorum excedit. virgulae ejus novellæ geniculatæ sunt; colore penè spadiceo, sive obscurè purpureo, rubente: intrus medullam albida ac fungosam habent, veluti sambuci; vetustiores verò caudices, ligni materia, albida, dura, ac ossea, corno non cedunt. Si fruticosa hæc stirps, cornus sit femina, plantam novellam, & nondum adultam delineavit Theophrastus. Non rejicienda eorum opinio, qui cornum hanc opulum Columellæ existimant. Hanc corno similem ait lib. 5. cap. 6. Est & alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur Rumpotunum; id desiderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maximè videtur idonea opulus. Ea arbor est corno similis, quin etiam cornus & carpinus &c. quæ planta, frutice, quam virginem sanguineam vocant, similis cornō. De ramis & caudice vidimus; folia sunt finillima, ad cornum proximè accedunt. Sunt tamen paulò breviora, ac latiora, firma, nervosa, & rubenti pediculo nitentia; quandoque etiam venule intercurrentes rubent. An virga sanguinea Plinii, difficile, aut temerariū fuerit affirmare. Pauca enim de planta hac tradit lib. 24. cap. 10. Nec virga sanguinea felicior habetur. Cortex ejus interior cicatrices, que praeflavere, aperit. Utrum hæc planta hoc præstare possit, nondum periculum feci; quo fit ut hanc sententiam non ausus sim affirmare.

Σαρισσῶν; venabulorum interpretantur. Venabulum telum est quo venantes utuntur, acie longissime, apud nos cornibus hinc & inde extantibus.

Martial lib. 14.

Si directa geras longo venabula rostro

Hic brevis in grandem cominus ibit aprum.

Sarissam Liv. lib. 7. de bello Macedonico, hastam prælongam, ait.. Ælianus laneam esse scribit, qua utebatur Phalanx Macedonica; longitudine quatuordecim cubitorum; quorum duo manus continent, reliqua duodecim prominent. Suidas μεταξα εἰδὼς αργίτινον εἰλαντόν, δοξει παχύπεπτη Maxiδην. Sarissateli Grecanici species, apud Macedones hasta longa. Quæ de corni materie Theophrastus, de sambuci tradit Plinus. Vide cap. de Sambuco.

Περιηγητὴν καὶ κρανίας. Fructum elegantior describit Dioscor. lib. I. cap. 172. κρανία διόρος εἰσιν αὐτοί, κρανίον φίσιον οὐλαῖς, κχλωρὸν τὸ πεπτόν, πιπινούρον ἢ ξύλον οὐ μεριστὸν. ιδιόμενον, σφήμα: cornus arbor fortis est, fructum ferens olivæ modo oblongum, primum quidem viridem, deinde per maturitatem ruffum, aut cerinum, esculentum, adstringentem. Vox αὐτὸν aliter atque alter exponit. Alii speciosam & forte vertunt, scribuntque τὰ αὐτὸν significare σφήματα, id est; pinguis, & feliciter nutritum, ex eoque cum decore validum, & forte; qualis inquietus est corni matieres, ob id venabulū conficiendis apta. Alii speciosam arborē nerant, propterea; satis fore existimat, pro voce αὐτὸν redere Latinis forte, nec addere speciosā. Certe speciosa non admodum

admodum videtur arbor; nisi placeat, respectu materiei fulvae, ex qua tela fiunt, speciosam esse. Varias significations vox *άρεγ*, habet, Suidas, *άρεγ*. μίζα, δευτέρης, πολύ, *άρεγ*, πολὺς, μίζας. *magnum*, *mulum*, *craffum*, *opulentum* abundans. Hoc loco expone, fortē. Quomodo Plutar-

Cornus.



chus in Solone, τὸν *άρεγ* dicit pro valido. 4. Regum 10. cap. οὐ *άρεγ* τῆς πόλεως civitatis fortissimi, ac bellissimi. Primum ait esse viridem. Plinius lib. 16. cap. 26. *χλωρός* candidum vertit. *Cornus enim* (ait) circa solstitia reddit candidum, postea sanguineum. ξανθός sanguineum vertit, melius quam *χλωρός* candidum. Floret cornus antequam folia erumpant, Martio mense; quandoque ad Februarii finem, si hyems clementior fuerit; flore muscoso, ex candido in luteum pallentem, stellato, foliato, qui in bacca tandem abit, olivae modo oblongas, et que & forma & magnitudine non raro dissimiles, primum virides, per maturitatem, quam Augusto mense adipiscuntur, rubentes, (innumeris ex locis probari potest Botanicis, *χρυσό* rubrum, ruffumque significare) sapore cum aciditate quadam austera, oblongo, osso, albido intus nucleo, velut olivae. Notandum, Lacunam in antiquo codice, hunc locum alter scriptum reperiisse, & in hunc quidem sensum: *χλωρός* μὲν *παρθένος*, ἵππους ἡ παρθένη καὶ παρθένος παντούροις ἰσθμοῖς. Id est, primum quidem viridem, deinde cereum, prostremū ubi maturuerit rubrum. Medio maturitatis tempore cereum esse, negari non potest. Alii, qui fructum cereum viderunt, nunquam legunt ex lacunā codice αἰνὴν *χρυσόν*, *χρυσεόν*. Vulgata servari lectio satis potest. Nam in agro Nerviensi fructu albido ceraeque colore reperitur cornus. Variat enim matus fructus colore: nam communiter rubet, & officio longiore est. Aliquando cerae colore, rariū albo. saturatiū etiam rubet, officiumque habet crassius & brevius, ut doctiss. observavit Clusius. Theophrastus porro cum fructum γλυκύν esse scribit, non dulcem, melleumve vult esse, sed gratum, sapore placere: nonnihil enim acidus est. Sic οἶος γλυκεῖος ἀλυβανοῦ vinum dulce, muriam dulcem, lib. 1. de nat. mulieb dixit Hippocrates; cum muriā non detur dulcis. Vel dicendum, Theophrastum agere de sylvestris fructu, qui, recentiorum experimento ut constat, dulcis est, aut certe urbano corni fructu dulcior, & plerumque major. γλυκύν igitur cum dicit, de sylvestri cape; quin etiam de sylvestribus se hoc libro agere, non semel prodidit.

Kay *άρεγον* Theod. legit *άρεγον* vel *ιαρεγον*. Theodori lectiōem probat Scaliger, vulgatam Robertus Constant. Hanc si servare placet, expone; florem amittit subeunte

fructu. Nobis Theodori lectio magis arridet, florem fructumque fert simili modo; ex uno enim pediculo plures multoisque fert flores fructusque.

Σχέδιον τῆς κορνής ζεύρους. Verba hæc in hunc sensum Botanici nonnulli exponunt; *Cornum fructum floremque eodem tempore ferre quo olea*; cùm verba hæc non ad oleam referenda sint, sed ad cornus ipsas. Similem ferè fructum fert, eodem etiam modo floret, cornus, sed non eodem tempore; floret olea Iunio mense, fructus decerpitur Novembri, Decembrique: Martio floret cornus, fructum maturum Augusto reddit mense. Vult Theophrast. cornum marem foeminamque eodem florere tempore. Addit χειρός, quia non eodem, sed ferme eodem florent, Martio mas, foemina Aprili mense. paulò matrīus ergo mas, seriū foemina. Utramque eodem ferme tempore florere, experientia docet, ipseque Theoph. lib. 3. cap. 6. scribit. *Επειδὴ τὸ ζεύρην μὲν κορνία θαυματογένεια*. Maturum tamen, eodem tempore, utraque non ostendit fructum; ut capite citato docet, *κορνία μὲν τὸ στριδοῦν τοῦ ζεύρην, η πρῶτον χειρός, πασχατερόν, η τὸ ζεύρην, λόγον τοῦ ζεύρην, περὶ τὸ μετέπειτα*, quippe cornus ferè circa aestiva solstitia reddit, precox scilicet, quod primū fructum maturum ostendat. Nam serotina, quam cornifemina vocant, post ipsum autumnum fructificat. Cæterum verba hæc χειρός τῆς ζεύρους, de floris tantum tempore intelligenda esse, ex eo appetet, quod ex sententia hic agat Idæ incolarum, qui negant fructum ferre corni foemina.

Οἱ οἱ τῆς Μαρτιού. Foemina sive virga sanguinea fastigiantes fert umbellas, floribus albidis gravidas, quibus baccæ succedunt, racematis cohærentes, sanguineis, tenuibusque petiolis appensa, orobi magnitudine, initio virentes, cùm verò maturuerint nigricantes, sapore integratas, & volucrū nulli desideratas. Ananienſia rura, in Tridentino agro, ut scribit Mathiolus, ex his oleū conficiunt ad lucernarū usum, expressis torculari, decoctis prius in aqua baccis. Porro, illud recentiorum experimento constat, quod de corno mare scribit Theoph. lib. hujus cap. 3., sylvestris fructum suaviorem esse quam sativæ, & plerumque majorem. Vide plura cap. 1. lib. 13. de Conf.

Γλυκύν. Scribendum hic est ex capite 4. *γλυκύν τὸ ζεύρην μὲν τὸ οὐρανὸν τὸν εὖ λαβεῖν, η καὶ ζεύρην*. Loci humidis siccisque utramque reperiiri, recentiores observarunt.

Παρθένον τὸ: Agit hoc loco de cedro, eiique similem admodum facit juniperum. Hac occasione nos de utraque agemus, ac primum de juniperō. Græcis antiquis arbor *άρεγον*, Barbaris vel recentioribus *άρεγον*. Hesych. *άρεγον*, *άρεγοντος*, *χρηστός*, fructus verò *άρεγοντος*. *άρεγοντος* dicitur *ώρη τὸ τοῦ ζεύρην καλόν*, quod celere noxam. Malunt alii exponere, quod ejus odorem omnia reptilia adversentur. Græca lingua periti, facile vident nihil tale sonare verba Græca. *άρεγοντος*, *ώρη τὸ τοῦ ζεύρην καλόν*, quod occulte nocumentum, *διὰ τὸ ζεύρην αγνός τοις ξενοφόροις*, quod spinas occultas ut quasi latentes habeat. Nam huic spina, pro folio, ut ait, Plinius, fallit ergo spinosis foliis. Nicandri Scholiaſtes *τὸ ζεύρην*, exponit *άρεγον* ad hunc Nicandri versum;

Μηδὲ οἱ τὰ ζεύραις πολιῖ λαβεῖν, η καὶ ζεύρην,

Αρεγοντος.

Sed nec opera polii, vel cedri, juniperumve
Ignora.

Scholiaſtes τὸ *ζεύρην*, αἵτινα τοῦ πελαῖτη η λευκῆ. *ζεύρην* τὸ βούτην λίθον. *άρεγον* τὸ καλεῖται οὐ καρπός τὸ κιδέν. *ιππόν* οὐ τὸ *ζεύρην*, *άρεγον* τὸ ιατετον. οὐ τὸ ζεύρην, *βούτην*. Verum Nicandri non videtur intellexisse Scholiaſtes. Scribe μηδὲ οἱ τὰ ζεύραις πολιῖ, non, ut legit Scholiaſtes, accentu in ultimā πολιῖ, quod *canum*, *antiquum*, *album* significat. πολιῖ vox substantivæ, separatim à cedro, *pro polio* verti debet, cuius in principio hujus operis meminit; Ipse etiam Dioſcorides, qui sua aduersus venerea ex Nicandro habet, *πολιῖ* legit, & ad venenatarum bestiarum mortuum commendat polium. Quod si quis vulgatam lectiōem servet, & *ιαρεγον* cū Scholiaſte referat ad cedrum, causam relinquat, cur dubitemus de ejus constructione, η *ιαρεγον*; nisi forte per metaplasmon, qua aliquando uitur Poëta, excusari velit. *άρεγον* τὸ καλεῖται οὐ καρπός. Ex iis quæ sequuntur, constat, scribendum *άρεγον*. Nam arbor ipsa *άρεγον*, ut Scholiaſtes monet, dicitur; fructus, ut dixi, *άρεγον*. Multa quidem communia habent, cedrus minor sive oxycedrus.

& jun-

& juniperus; ex antiquissimis tamen auctoribus, etiam recentioribus, κεδρος & αραβος vel κεδριδα & δυοδιη differre constat. Qui cedrum vocavit αραβος, nemo est; contra αραβος κεδρος a quibusdā vocari, auctor est Theophrastus. Quare malo cum doctiss. Gorraeo ista separare, & juniperum interpretari, quam & Dioscorides contra viperarum mortis salubriter bibi testatur, non minus quam cedrum. Scribe ergo separationem, non sine distinctione, ut scholiares fecit, μηδε σέμεν κεδρομη πολις λαζη, οη δη κεδρογεια.

Juniperus Major.



ratum, dulcem, &c in mandendo subamarium esse. Sed in Græcis codicibus hæc aliter leguntur ac in Ald. cod. legitur ι ἡ μηκεῖ. τινὲς δὲ μηκεῖς δοκοῦσι, οἱ δὲ μηκεῖται, οἱ δὲ μηκεῖται. Minor altera, & quidem parvam nonnullis ar- centhida, id est fructum juniperi, alii mnesthevn, aliqui a- cataida vocant. Hæc inquam in vulgatis non leguntur, pro quibus in spuriis Dioscorid. à Saraceno editi, legitur δοκοῦσι μηκεῖ, οἱ δὲ δοκοῦσι, οἱ δὲ μηκεῖς, & διαγένεται, ut in altero codice scriptum idemnotat, καλαμίδα. Recte, meo judicio, Saracenus, quod hæc ad notha relegerit. Legitur etiam in veteri codice, αὐφίσσεις ηγεμόνιον κα- λεπιθεύσι, εἰς δὲ τὴν ἐρημικὴν &c. id est, Amba calfaciunt, ex- tenuant, & diureticas sunt. Vox λεπίδης in editis non le- gitur. Non dubium tamen quin hac vi polleat juniperus. In vulgatis etiam codicibus legitur, ὁ δὲ καρ- πὸς κατὰ δὲ μῆρα τὸ κεράς μηκεῖς διερευται, ὁ δὲ καρπὸν πο- τηκῆς λεπίδης. Vertunt, baccarum nonnullis, nucis juglan-

Iuniperus Minor.



dis magnitudine, nonnunquam glandescere; aliæ nucem Ponticam æquare inveniuntur. Lectio hæc corrupta. Non sit credibile, juniperi, quantumvis vastæ ac proceræ, grana uspiam reperiri, quæ nucis juglandis magnitudinem æquant. Reclite restituunt ἀντὶ ρεγού, κυάνου, leguntque, ut in Saraceni codice scribitur. Hanc lectionem defendit Serapio. Quædam, inquit, reperitur cuius fructus est magnus, sicut nabach; Et quædam cuius est parvus, sicut faba. κυάνου fabam intellige non vulgarem, planam, sed rotundam græcam. Faciem arboris juniperi magnæ delineat Auctuarii Auctor. *δεκατίς.* (scribo ἀκολοθό^τ) μετάλη, οἱ δὲ κυπριαὶ εἰσὶ τοῖς πλείσι, εὐφράτης κοπαέλαιον παραμένει, οἱ δὲ αὖτις γενεὰ τοῖς πλείσι, εὐφράτης κοπαέλαιον παραμένει τοῖς πλείσι, εὐφράτης κοπαέλαιον παραμένει. Et Et juniperus magna, quam aliqui cypressum sylvestrem appellant, alii Mnesitheum, alii acateram, Romani juniperum, vulgo cognita, cupresso assimilis, asperis, maritimisq; locis plerumque nascens, easdem verò quas supra dicta vires obtinet. Alia Plinii sententia lib. 24. cap. 8. Iuniperus vel ante cetera omnia excalfacit, extenuat, cedro assimilis; Et duo ejus genera, altera major, altera minor Iuniperum majorem & minorēm esse scribit cedro assimilē. Assimile Grammatice prorsus simile exponunt. Talis non est cedrus & juniperus. Nam teste Theophras-

sto differunt folio, magnitudine, ligno, fructu. Sed inquirendum quam cedrum intelligat Plinius. Certe perinde est quam intelligatur. Nam Syriaca cedrus, & juniperus vulgaris sive minor, planè dissimiles arbores. Major juniperus & cedrus Syriaca folio fermè convenient, ut ex utriusque descriptione facilè colliget lector, in reliquis minime; majori juniperi bacca, cedro conus. Quid singula commemorem? minor cedrus, & major juniperus, folio planè dissimili: cedro pungens, obtusum juniperi; nisi placeat, Plinium novellam describere plantam: huic pungens, ut infra dicam, folium. Quocunque modo sumas, male dixit Plinius, assimilem cedri juniperum, si stricte & ex Grammaticorum sententia vocem illam sumas. Si vero quodammodo similem interpreteris, juniperus & cedras minores convenient: iis exceptis, quæ tradit Theophrastus, cave de utraque intelligas; altera tantum juniperus, cedro similis minori. Hæc obiter. In spuriis nothisque, quæ Dioscoridi ascribuntur, scriptum reperio. *τὸς ἵππου τὸς πόντος αὐτοῖς, ramenta vero ligni devorata interficiant.* Sed hæc, inquit, Dioscoridis doctrinam minime sapiunt: Quare delenda putare, ob quatuor has rationes. 1. quod nihil hujus rei Galenus, Paulus, Serapio, & alii qui verbo tenus Diose. scripta referunt, meminerunt. 2. quod si quis experiri velit, id falsū reperiet. 3. quod bacca ejus contra serpentum ictus efficacissima devoretur, & foliorum succus bibatur, & illinatur adversus morsus viperarum. 4. baccæ lignumque si comburantur, corrigunt malignum pestilentemque aerem. Crediderim quidem verba illa in texum sciolij cuiusdam diligentia irrepississe: sed tamen non satis valida videntur illa argumenta: nisi forte secundum, ad probandum, non esse lethale juniperi ramentum. Ad primum respondeo; eo quidem probari, verba hæc addita fuisse, sed hinc concludi non potest, ramentum juniperum non esse lethale. Veteres porri succum non scripserunt esse perniciosum: ergo deleterius non est? Male. Recentiores quidam contrarium observarunt. Præterea veterum nemò tradidit, ramentum non esse lethale, nec quisquam, quod equidem sciā, ad hunc illumve affectum praefrispit. Ad alterum, quod experientia constat, dico; vel non debita quantitate assumptū fuisse ramentum illud; vel unam hirundinem, ut vulgo fertur, non facere ver. Per me licet experimentum alii faciant: Ad tertium dico, nullus momenti hoc argumentum est. De baccis & foliis nulla questio, sed de ramento. Nec sequitur, baccæ & folia sine ulla noxa bibuntur, ergo etiam ramenta, quasi non diversis pollere possint facultatibus, radix, lignum, folium, cortex, ramentum, fructus. Ebuli radices validissimè purgant, acini tamen & semen minus id præstant, discutunt folia. Colocynthidos pulpa validissimè purgat, nihil tale folia, radicesque præstant. Laetus fici arboris & foliorum succus, non mordicat tantum, aut abstergit vehementer, sed & ulcerat, & vasorum ora referat, & myrmerias ejicit: verum etiam purgare potest, nihil horum potest fructus, immo contrarium præstabit, mollit, lenit, maturat, obtundit. Quartum solvit Diose. lib. I. cap. 81. ubi, ait. Thus foris adhibitum ad multa prodest, recentiorum experimento constat, accensum, ignique injectum, non modo catarros sistere eorumque fluxum inhibere, sed etiam venenatum, pestilentemque aerem corrigerere: intus tamen, ut ait idem Dioscorides; si sumatur in secunda valetudine, insaniam facit, ipsamque mortem adfert. *μανιάς δὲ ιστησθε στρωτού τοιούτου, τούτοις ἢ μετ' ὄρυ πολέμος οὐκ επιτελεῖ, verum in secunda valetudine haustum furorem inducit, Εἰ λαργίῳ cum vino potum interficit.* Ramentum autem juniperi quod necet, non dissimile videtur ei, quod de colocynthidos præparatione circumferrur. Multum pinsendū & cribrandum in tenuissimo cerniculo ajunt, ne intestinis adhaereat atque ulceret. Sic juniperi scobs, ob sic citatem summam, qua adhaeret, necat, ac suffocat, cum decoctum salutare sit: caret enim illa siccitate. Contra farina Hiucæ, ipsumq; porrum salutare, deleteria farina, cuius rei rationē reddit Iul. Scaliger in doctiss. de subtil. libro: *Ratio, inquit, pender à duplice causa; una est partium tenuitas; unde est facilitas penetrationis; altera est libera qualitas, Εἰ facultas ad nocendum in succo ipsa: posteaquam soluta est siccitas, quam intereat cum terrestrī parte, à primordiis ortus ipsius plantæ: quæ pars adversa qualitate feroci in ejus ita cohiebat, quemadmodū crassitie sua tardabat celeritatem.* Hæc dixi, non ut probarem, ramentum juniperum lethale esse (nam id mihi non constat,) sed ut monerem, ne facile quis assumet. Non desunt, qui umbram juniperi nocivam scribunt, credo quod apud Virg. Eccl. ult. legatur.

*Surgamus, solet esse gravis cantantibus umbra,
Iuniperi gravis umbra: nocent & frugibus umbra.*

Umbram nocere docet Plin. lib. 17. cap. 12. Non fastidienda, inquit, hac quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quandoquidem satum umbra aut nutrix aut noverca est. Umbram nocere, ipse Virgil. lib. 1. Georgicorum docet.

*— Et amaris intuba fibris
Officiunt, aut umbra nocet.*

Lucret.lib. 6.

*Arboribus primum certis gravis umbra relicta est,
Vsque adeò capitū faciant ut sāpe dolores.*

Carminis Virgiliani hic sensus: omnis umbra cantantibus gravis est; hic juniperi est umbra; ergo gravis. Omnis umbra cantantibus gravis, quia vox libera non est, sed impedita; ab aere enim locus perflari nequit. Malum alii legere; *surgamus*, solet esse gravis cunctantibus umbra. ut sensus sit; surgamus, sol occidit, nox advenit, cuius umbra solet esse gravis cunctantibus; atque ita quidem gravis, ut etiam juniperi umbra, quae alioquin amena & salubris esse consuevit, propter blandam odoris eluviem, laedere queat; non homines solum, verum etiam fruges & sara: surgamus igitur, ut nixum vitemus aereum, & umbram effugiamus hominibus & frugibus pestilentem. Non mirum videri debet, quod dixi, juniperi umbram gravem. Nam propter foliorum & germinum densitatem & frequentiam, impedit vapores, qui e terra exhalant, ne evaporentur; itaque non per se gravis juniperi umbra, sed per accidens. Pro juniperō majore viri Doctissimi habent Juniperum maximum Illyricum, bacca cœrulea. Folio est alterius juniperi, majore, acuto, pungente, bacca triplo majore, resinosa, colore quo dixi. lignum suavis est odoris, & liquorum exudat. Hanc non esse juniperum majorem, ex Auctuarii auctore constat; cui si fides adhibenda, necesse est, juniperum majorem esse foliis cupressinis. Juniperum majorem describit Carolus Clusius, dum viveret, Botanicorum facile princeps. Frutex est humanam altitudinem raro superans, caudice contorto, non recto, multis ramis praedito, scabro cortice: folia habet carnosas, & ex continua quaternorum foliorum mutuo connexorum serie composita, quemadmodum cupressus: flores juniperi vulgari & oxycedro similes, flavos, sed extremis foliis insidentes, ut in cupresso & thuia; quibus succedit fructus, baccarum myrti magnitudine, rotundus, primum viridis, deinde ad phœniceum colorem tendens; qui immitate non nihil mollescit, sapore & odore juniperi bacis simili, qui trina, aut quaterna vel etiam plura grana oblonga & striata habet, medullam albam & resinam olentem continentia. Vere floret, fructumque diu retinet, antequam maturescat, uti juniperus. Primum semine natus hic frutex, & adhuc tener, folia habet omnino dissimilia, utpote quæ alterius juniperi folia æmularentur, nisi breviora, & paulò molliora essent. Cum vero jam tertium aut quartum annum attigit, rotunda & cupressina folia efformare incipit: ut inferiores ramii pungentibus & acutis foliis, summi vero obtusis ac rotundis onusti interdum conspiciantur. Quam metamorphosis nisi quis diligenter observaverit, facile in errorem induci possit, ut credat, adolescentem à jam adulta diversam esse. Nascitur ad Tyrrhenum mare. Nam inter Calpen & Malacam, Retice item & Galliae Narbonensis ora maritima nasci, observavit idem Carolus Clusius. Vulgo oxycedrus Lycia vocatur. Quidam oxycedrum Theophrasti Lyciam putant. horum sententiam probare nequeo, quod oxycedrus Lycia pungentibus fit foliis. Eorum non displicer opinio, qui cedrum minorem existimant, quæ arboris naturam non assumunt: cuius lib. I. cap. 15. meminit Theophrastus. Non observavit Theoph. adultam cupressinis esse foliis. Neque est sabina baccifera, ut quidam opinantur. Nam plurimum odore & forma à sabina differt. Sabinae gravis odor, huic gratus, & suavior vulgari. Sabinae extremi ramii in acuta folia plerumque desinunt; contra vero hujus obtusa sunt. Sabinae baccæ maturitate nigrescent, minoresque sunt quæ hujus, que, ut dixi, Phœnicii sunt coloris. Vulgaris juniperus nemini incognita. Hæc pro soli cœlesti varietate, arboris naturâ induit vel fructuosa manet. Arborescit in Thinscia, in Senensi agro, ut monet Math. & in Hisp. teste Clusio, adeo sit magna.

ut ex ea trabes & xedium contignationes, multi fabricent. Alia insuper florem fert, non tamen fructificat. Alia fructum gignit, & florem non fert, verum Majo mense tenuissimus ac luteus ex hac pulvis in aurae avelat. Hunc pulverem florem esse, vel floris vice n gerere contendunt, non sine ratione, Botanici; inter quos non ultimum tenet locum Hieronymus Tragus. Nam post pulverem jam descriptum baccæ prorumpunt, exiguae, virides. Frutex juniperus lignosus est, alis frequentibus, ramosus, cortice membranaceo, sponte disrupte, tenui, rubente. Materies ligni fulva, & cum accenditur, odora ta. Folia habet, angusta, parva, tenuia, oblonga, pungentia, spinas idcirco magis quam folia referentia, non tamen admodum duras. Baccæ ejus, quæ fructum fert, initio virides, per maturitatem ex coeruleo nigrae, parvae, rotundæ, odoratae, gustu primùm subdulces, deinde amarae: radices hinc inde sparguntur, quedam tamen atque descendunt: cortice puniceo obducuntur. In baccis differentiam nonnullam recentiores observarunt. In quibusdam grandes sunt, in aliis exiguae; in his dulces, in aliis prossim amarae: aliis planè rotundæ, quedam oblongæ & acuminatae. Describit juniperum quandam magnam Bellonius, quæ ad altitudinem cupressi quandoque assurgit, folio majore ac duriore, fructu quoque grandiore, ad avellanæ nucis quantitatem accidente, & ferè instar gallæ. Resinam hæc fundit liquidam æstivis mensibus, quæ caloris beneficio in gummi coit. Nisi hæc sit Illyrica juniperus, coerulea bacca; fateor me ignorare, quam describat, nec vidi se unquam. Quæcunque in vulgari juniperi cernuntur, odorata sunt. Primum namque humor qui è juniperi, si lædat, dum in succo fuerit, effluit; deinde radices, & caudices aridi, baccæ recentes & maturæ, folia etiam aculeata, non insuavem spirant odorem. Juniperi arbor, Majo mense, cum pluviosa fuerit temperata, luteam è cortice sudat lachrymam; quæ magna copia, tanquam fungi exigui, arbori adhaeret, nec magnoperè odorata est, sicut altera, quæ vulnerata arbore profuit. Hæc lachryma pluvii cessantibus evanescit. Lachryma quæ læsa arbore emanat, primùm ex albo luteo colore cernitur, qui senescens in rufum abit. Officinæ vernicem vocant, quod electro, Græcis recentioribus βερνίκη dicto, colore, similis sit: Ex hac cum oleo ex semine lini temperata, liquida vernix fit, cuius usus ad tabellas depictas illustrandas, tum etiam ad ferri nitorem, & à rubigine defensionem utilis. Haec tenus juniperi historiam ex aliis enarravimus auctoribus; accedo ad historiam cedri.

Kiōpο κεδρός τὸ κέδρον, κενταύλης γένεσιν, οὐ διδοῦ τὸ κεδρόν
παδίον. Cedrus, vel ab aculeo nomen accepit, planta enim
spinosa est, vel quod facile accendatur, uraturque. Prius e-
tymon minori magis convenit, posterius majori. Facile
hæc ardet, propter resinam, cedriam dictam. Arbor
κεδρός dicitur, fructus κεδρός. Hesichius κεδρίδες, ὡραῖος &
κεδρός. Scribo κεδρές, ὡραῖος & κεδρός, vel κεδρίδες, ὡραῖος &
κεδρός. Resina κεδρία vocatur. Recentiores cedrum in ma-
sculino genere ipsam arborem, fœminino verò fructum
significare scribunt. Phavorinus κεδρός ἀρούριας μηδὲ δι-
δει. Ιωνοὶ δὲ ὡραῖος hoc antiqui non observarunt. Vide
verba Galeni paulò infra loc. cit. Utrum κεδρός citrium
dictum etiā fuerit, libro quarto examinabo. Vide & cap.
5. lib. 5. de Thyja. Cedros Græci observarunt duas,
majorem & minorem, nisi placeat annumerare exiguum,
cujus meminit lib. I hist. Theophr. de qua supra, ubi de
junipero, nonnihil dixi. Galenus lib. 7. simpl. κεδρός ισὶ μὲν
εἴτε κεράτιδος, μὲν εἰριγγία μεριάδος, οὐδὲν τοῦτο δύο κεδρίδες, οὐδὲν
δύο κεδρές οὐ μηδεγ. cedri duo genera; una fruticosa, juniperō similes: altera arbor non exigua. Duo etiam cedri genera
describit Dioscorides: Quæri solet, utrum Theophrastus
duo noverit? Certè, prima fronte dubium non videtur,
quin duo noverit. Nam cedrum aliam Phœniciam, aliam
Lyciam ait. Penitus si res conspiciatur, unum tantum
describit genus, nempe minus, quod junipero simile. No-
vit tamen & alterum, nempe majus genus, quod ex lib.
5. cap. 9. probatur, ubi in Syria miræ magnitudinis
esse scribit. In Syria minor non reperitur, nec ad tantam
hæc attollitur altitudinem. Sola major istis in regionibus,
teste Bellonio, conspicitur. Majorem cedrum recentio-
res δευτεροκατανοῦν, fabulamque hanc excogitarunt.
Geopon. auctor lib. II. cap. 16. περὶ δευτεροκατανοῦντος
τοῦ κεδροῦ σφραγίδων θεούς Εἰ δὲ ὅρα Εἰ σὺ Φυτῷ μετειδίνεις οὐ γένος τοῦ κεδροῦ
τοῦ Κεδροῦ αὐτοκειμένου. Σφραγίδωντος Εἰ αὐτός, κτηνῶν αὐ-
τριποτοῦ δοστεῖται, γε δὲ πιάστε τοῦ, Φυτῷ αὐτὸν Εἰ πεπλανᾶται οὐκα-
νομένον, Εἰ τὸ Φυτόν μεταβάσιν, Τὸν τοῦ τοῦ Κεδροῦ αἴφηστη πο-
τοῦ. Κεδροῦ μετάλον δὲ περιφερίει τοῦ μεταβάσης. Λέσχας τοῦ Κεδροῦ (scribe
δέσθετος) οὐ γένος αὐτοῦ: De dendrolibano historia. Libanus

Syrum nomen est, & de monte, & de planta. Adolescentulus autem prius erat Deorum cultus deditus; quia propter impitatem homines emulatione ducti ipsius occiderunt: verum terra in honorem Deorum plantam produxit, quam occisum cognomine refert, & mutata natura: amore tamen Deorum non est privatus; magis enim delectantur Dii, si quis ipsos dendrobani ramo coronet, quam si aurum arum consecret. Magnam cedrum Plinius cedrelaten vocari ait lib. 13. cap. 5. & lib. 24. cap. 5. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dace picem, quae cedria vocatur. Cedrelaten vocari contendunt & xidēs & iāēs, quod facie similis sit abieti. Certe nihil aut parum admodum cum abiere commune habet; nisi quod conos fert sursum spectantes, non, ut vulgo pingi solent, (quomodo etiam nostra tabella pieta est) deorsum dependentes. Cedrelaten dictam puto, & xidēs, & iāēs, quod non instar cedri vulgaris parva manet arbor, sed in altum instar abietis abeat, sicutque maxima arbor. Sacra pagina altissimā & maximā scribit arborē, quod recentior observatione cōstat. Cedrus minor oxcedrus dicitur, quod folia sint acuta ac spinosa, vel quod pro foliis spinas ferat. Græci Bābari, cedri Italicam vocant. Hierocles Hippiater l. 2. c. 68. xidēs italikēs & q̄is amūs h̄lēs. cedri Italicae semiunciam, sulphuris ignem non experts tantundē. Dixit Italicam, ad differentiam Syriae. Cedrum majorem Theophrastus loco citato longissimam arborem scribit, adeoūe crassam, ut detur quæ ulnis hominum quatuor complecti nequeat. Diosc. lib. 1. cap. 105. xidēs & diadēs ī sī pīza, & ī sī iāēs xidēs & oīdēs. κεράτης ἡ ξιδέα στρογγυλή, φίνους μίζες, μυρρα πελφεῖ. Cedrus arbor magna est, ex qua picem colligunt, quæ cedria vocatur, juniperi modo baccas parit, baccarum myrti magnitudine, rotundas. Haec corruptissima & falsa. Cedrus minor baccas fert rotundas myrti magnitudine, cedrus major conos cupresso maiores. Major resinam cedram dictam fundit, qua caret minor. Corruptus ergo codex: Corrigat, ac legunt. xidēs & diadēs ī sī pīza & ī sī iāēs xidēs & oīdēs. η ξιδέα στρογγυλή vel xidēs μύρρα φύλακας & κεράτης η ξιδέα στρογγυλή πελφεῖ, μελιφεῖ. Cedrus arbor magna ex qua cedria colligitur, quæ parva cedrus, vel acuta cedrus dicitur, folia fructuisque fert juniperō similem, myrti magnitudine, rotundum, Scribe ex codice Catacureni, ab Augerio Busbequio Cæsaris Ferdinandi apud Turcarum Imperatorem oratore, allato in Europam. xidēs xidēs ī sī pīza, & ī sī iāēs xidēs oīdēs, κεράτης η ξιδέα στρογγυλή, μελιφεῖ ψόφης πολὺ πολὺ. xidēs οīdēs xidēs ī sī pīza

Cedrus communis.




ταῦτα ἀποτελεῖσθαι, καθόπειρ Φιλοποίη μήτερνος μένετον, φεγγί. *Cedrus arbor magna*, ex qua cedria diadē colligitur, fructum profers uti cypressus, at multo grandiorem dicitur.

C altera cedrus, eaque parva, spinesca, juniperis modo, frumentum ferens myrti baccarum magnitudine, rotundum. Hæc lectio, præterquam quod experientia probatur, etiam Serapionis auctoritate, (qui sua ex Dioscoride excrere solet) munitur. Cap. 359. Serbin, id est cedri, sunt duas species; una est arbor magna, *C* ex ista est albitran, id est, cedria; habet fructum similem fructui cupressi, nisi quia est minor eo multo. (Id falsum est; male in codice quo usus est, *κυπερόντος παραγένετος* pro *μακρογένετος* scriptum fuit; vel hæc non de integro fructu intelligi debent, quem constat majorem multo esse, sed de solo semine: quomodo etiam accepit Plin. lib. 3. cap. 5. cum cedri majoris frugiferæ semen cupresso simile scribit; quo quidem modo alibi ipse Dioscorides hanc vocem sumpsit.) Et secunda est arbor spinesca, parva, habens similitudinem cum arbore juniperi: (Malè ergo doctis. viri *ἀντὶ ἀκαδημῶν* legendum contendunt *τελετῶν*. Vulgatam lectionem defendit Theophrastus, cum folia cedri minoris spinofera ait, & duriora, quam juniperi) *C* magnitudo fructus ejus, sicut granum myrti. Meminit Dioscorides majoris cedri etiam lib. 5. cap. 45. Vbi de cedrino agit vino. *κύπερον καὶ σιγητόν τὸν μεντοναρίδην οἴνον* &c. De cedria vide cap. 2. libr. 9. Major cedrus à Dodonæo ex Bellonio his fere verbis describitur: Major cedrus magna admodum & procula arbor, non modo cæteras resiniferas ac coniferas excedens, sed & reliquias arbores omnes vasta amplitudine superans: caudex ejus frequenter admodum crassus est, ut quatuor hominum ulnae eum complecti, auctore Theophrasto, nequeant. Cortex inferioris partis, que à terra ad primos porrigitur ramos, asperior est: reliquius verò levius, ac glaber, inter ramos conspicuus: rami ab imo ferè & haud altè à terra, ad fastigium usque excurrent, paulatim altiusve scandendo minores brevioresque facti, arbore pyramidis formam referente. Orbiculariter autē bi caudice ambunt, talique alterno ordine dispositi sunt, ut per hos ad cacumen usque, veluti per scalas descendat queat. Folia capillata, veluti pini, sed breviora, ac minimè aculeata. Coni multo breviores sunt, & crassiores quam abietis, mollibus non duris squamis (resinosis ac pinguibus subrubentibus, odoratis) compacti; qui non deorsum pendunt, sed sursum arrebat, in ramis consistunt; quibus adeò pertinaciter adhaerent, ut citra particulam rami avelli nequeant; (fructus, quem à chirурgo Ioanne Vennekool accepi, cum ramuli parte avulsum, ita pertinaciter ramo adhaeret, ut avelli non possit,) ligni materies durissima, nec cariem nec vetustatem sentit, cor odoratum, ac subrubens. (ramulus, de quo modo sermo, interior, dilute tantum subrubescet; ex albo leviter rubescere tantum videbatur, sed trunci forte materies ac cor alio colore, ut praeditum.) Fluit ex hac arbore resina, abegne similis, odorata, lenta admodum siebstantiae, mansa siquidem dentibus adeò firmiter adhaeret, ut agrè avelli queat, qua initio liquidior, & albida, ardore Solis durescit, & arida sit. De qua vide cap. 2. lib. 4. In nivosis montibus cedri nascuntur, veluti in Syriæ Libano, in quo nonnullas extare Bellonius refert, (penes auctorem fides, credat Iudeus apella) Salomonis, ut creditur, manu satas: jam & in Taurō ac Amano montibus reperiuntur; perpetua coma, ut ceteræ coniferae, virent. Humido ac austriño cœli statu cedri materies, atque ex hac factæ statuae, aliaque opera sudare, & humorem emittere videntur, ut & omnes arbores, quibus oleofus est succus. Sunt qui negant hanc esse cedrū, affirmantque laricem supra à nobis descriptam veterum esse cedrum. Negant etiam delineatam arborem cedrum majorem esse, quod Dioscorides tradat, cedri majoris fructum emulari figura nucem cypressum, quantitatèque multo minorem existere. Legunt enim *κυπερόντος παραγένετος* ex Serapione. Pilula, inquit, cupressi σφαιρεῖδη est. (puto mendum typographicum, Scribo σφαιρεῖδη) *κυπερόντος* cedri descripti fructus, tanquam infuper magnitudine, ut galbulæ sive pilula cupressi sextuplo major appareat. Cedrus præterea major, teste Vitruvio, folia fert cupresso similia. Cedrus jam descripta, folia qualia dixi. Verba Vitruvii adscribam ex lib. 2. cap. 9. Item cedrus & juniperus easdem habent virtutes & utilitates, quemadmodum ex cupressu & pinu resinæ sic ex cedro oleum quod cedrum dicitur nascitur, quo reliquæ res cum sint unctæ, ut etiam libri, à tinea, & à carie non ladeantur. Arboris autem ejus sunt similes, cupressæ foliaturæ, materies vena directa, Ephesi in æde simulacrum Diana ex ea, & ibi & in ceteris nobilibus fanis, propter aeternitatem sunt facta. Ad Vitruvium quod attinet; fanior eorum sententia videtur, qui virum optimè de architectura meritum, confunderere putant Thyjam & cedrum. Thyjam folio cupressi describit Theophrastus: huic etiam materies æterna, sed ex hac,

quod sciam, cedria vel liquor aliis non manat. *Arboris* inquit, *ejus sunt similes*. Intelligent frondes. Juniperum oportet intelligent majorem folio cupressi, alioquin pungentia non sunt majori cedro folia. Mitius agere nobis cum Vitruvio vixum est. Dixit *similes frondes cupressæ foliaturæ*; quod utrique folia carnosa, obtusa & viridia sunt. Alioquin larici sunt similiora cedri folia, brevia, angusta, crebra, viridia. Alterum argumentum nullius ponderis. *κυπερόντος παραγένετος*, dixit Dioscorides. Malè, ut jam dixi. Serapio, vel ejus interpres *κυπερόντος* legunt. Cupresso longior majorque fructus cedri; ita vox *κυπερόντος* exponenda, Talis cedri conus, qui nisi oblongior esset, σφαιρεῖδη foret. Quæ quæsto forma pinei coni? an non ex rotundo, latoque in acutum definit? Rotundior nec in acutum definens cedri conus. Rectè ergo Dioscorides conum cedri rotunda cupressi pillula oblongiore & majorem dixit. Vide pini, vide cedri iconem ad vivum expressam, intuere cupressi figuram, & judica, utrum mala comparatione ulla usus Dioscorides. Videamus eorum opinionem qui laricē volunt esse cedrum. Larixnē conum habet rotundum cupresso similem? Magnitudine cupressino similes quidem, sed longior multo, gracilibus, foliosis squamulis compactus. Præterea in Syria & Iudea, ubi cedru nasci tradit Sacra pagina, larix non reperitur. Caret hac arbore orientalis plaga. Magna & procula quidem arbor larix, sed quæ altissima dici non potest, nec hoc usque observatum laricis lachrymam in guttas coire, quod de cedri liquore observarunt recentiores. Laricisne folia cupressinis similiora quam cedri? Hoc ne asserere, qui hanc deferdunt sententiam, audent, cedri enim folia larici comparant. Minor cedrus,

Oxycedrus Theophrast. Guilandino

Iuniperus major Monspelienum.



ea est planta quam quidam vocant juniperum majorerit, bacca rufescens. Junipero similis est oxycedrus magna ex parte; contorta, ut illa, caudice, ramis tortuosis ac nodosis etiam, in alas complures divisis, interdum etiam in arbustulam excrescens, cortice rufescente: ligni materies dura, rubra, cypressum redolens. Folia habet juniperi vulgaris modo pungentia, aliquantulum ramen duriora, acutiora, longiora, & rariora: circa caulinos

liculos, terna semper simul nascentia, ut in juniperō. Fructum fert initio viridem, deinde flavescentem, postremō cum maturuit, punicei coloris, juniperi fructu multo majorem, ut interdum avellanam magnitudine æquat, & tuberculis quibusdam, veluti squamarum rudimentis obsitum, nucleos tres aut quatuor inæquales continentem, maiores quam in juniperō majore supra descripta; medulla intus alba, sapore adeò dulci ac suavi, ut rufici subinde, addito pane hac vescantur: floret juniperi modo, & eodem tempore, utriusque fructus maturitatem adipiscitur. Provenit plerisque Hispaniae & Narbonnensis Galliae aperis locis. Nulquam majorem vidit Car. Clusius, quam supra Segobiam & Guadarama, itinere Madritiano, ubi arborum magnitudinem & altitudinem interdum æquat, trunko humani corporis crassitudinem æquante; ex quo veluti ex trunko juniperi, quæ simul cum isto eadem altitudine crescit, ædium trabes & contignationes incolae faciunt. Idem Clusius supra Segobiam, in ramis cedri enatam plantulam observavit, digiti longitudine, instar visci ramosam, geniculatam, viridem, interdum flavescentem, ramulis myricæ recenter natis, five ejus plantæ, quam nonnulli falicorniam, Mompelliani marinū sempervirū vocant, sed paulo minoribus constantem, quorum extremis aliquando inhæret veluti fructus mulci, qui in arboribus aut faxis nascitur, fructui persimilis. Acidō & adstringenti valde gustu est tota hæc plantula, oxycedro, veluti viscum in aliis arboribus, innascens. Verba Theophrasti examinanda restant.

Cedrus Phœnicia media adversar.



Cedri Phœniciae alterius Plinii & Theophrast. ramulus.

Oxycedrus folio cupressi aut sabino major Monspel.

Tlō j φοινικῶν. Phœniciae cedri nomine exhibent oxycedrum jam descriptam. Phœnicia est Syria pars, & Iudeæ propinquæ, in qua Tyrus & Sidon. Hic major nascitur cedrus, ut ii referunt, qui terras illas peragrarunt. Oxycedrum vel minorem, aliam cedrum in iis nasci locis, nondum intellecti. Falluntur ergo qui Phœnicia cedrum, oxycedrum modo descriptam, pro cedro Phœnicia ostendunt. Lycia est oxycedrus, non Phœnicia, quæ non alia, quam Syriaca supra descripta. Lycia est regio minoris Asiae, inter Pamphyliam & Cariam sita. Oxyce-

drum in magna Græcia parte, Illyrico ac Epigriigni, magnum Brabantæ lumen Dodoneus scribit.

Eivay n ἀρχεδον.: Scribe cum Rob. Constantino. *εἰναὶ ἀρχεδον.*: Vide insuper quam pulchre, ex Græcorum mente, hæc exscriperit Plinius lib. 13. cap. 5. Juniperi, inquit, similem habent Phœnices, & cedrum minorem. Duo ejus genera, Lycia, & Phœnicia. Differunt folio; Nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vixatur ramosa, & nodis infesta. Altera odore præstat. Contra Græci auctoris mentem scribit, cedri minoris duo esse genera. Duo ille duntaxat genera esse scribit ex quorundam sententia. Ac quidem Idæ incolis unam tantum cedrum esse ait juniperi similem, quæ oxycedrus nominatur: quarum, juniperi scilicet & oxycedri, historiam fuisse persequitur. Has quam negligenter confuderit Plinius, expendamus.

Οξεδόν j αἴρα.: Hoc de altera Plinius, oxycedro scilicet: de utraque Theophrastus oxycedro & juniperō. Idem auctor, oxycedro folium durus, magis acutum, ac spinosum, quam juniperō scribit. Ex hoc loco constat, Theophrastū de minore, non majore agere cedro. Huic obtusa, alteri pungentia folia. Constat etiam, alteram recentiorum cedrum, foliis cupressi, quam majoris juniperi nomine descriptissimus, à Theophrasto cedri nomine non esse descriptam. Cedrum minorem foliis esse juniperō similibus, ex Geoponica auctore probatur. lib. 11. cap. 1. In manuscripto codice Palarino, locus citatus sic legitur; διδοσ εἰδεῖται ισι μπεριτον φυλεύρουντας εἰ τὸ κειμένον, διηγεῖτος αὐτοῦ, φοίνικα, κιτρινόν προσιλθεῖ, διφύν, ιώνα, κυπριανόν, περσίαν, πύρην, μυρούν, πιόν, ιτα, αρχεδον. (Hæc supra à nobis cap. 4. hujus libri examinata sunt, quæ sequuntur in editis non extant.) *τὸ ἔμενον κιδρού μικρού,* ισι πέπλον αὐτῆς μύζει, ισι j καὶ καμαντίτις. Scribe, καὶ αρχεδον. ισι j σιριτού κιδρού μικρού, καὶ πέπλον αὐτῆς πρωφυλεῖται, ισι j ε καμαντίτις. Et juniperus, quæ simili est cedro parvo. lignum habet in purpuram (intellige quæ ex rubro & nigro constant) vergens, estque arbor humilis. *Μύζει* quid significet, ignoro; non dubito quin corruptum sit. Juniperi lignum rubore tradit Theophrastus, comprobat experientia; cedrus ergo minor folio aculeato. Tale enim fert juniperus, quam cedro minori Cassianus Bassus comparat. Sequitur *μέλλειν* j n ἡδη αρχεδον. ισι j μιτραν, καὶ πυριλο, καὶ σταν κρητῆς &c. In Ald. & Bas. scriptum est μέλλειν j n ἡδη αρχεδον. ισι μιτραν καὶ πυριλο &c. Quæ sic verit Gaza; vel potius juniperi parva spissaque materies, breviique putrescentem cum cesa fuerit, cedrus verd medullam plurimam (malo scribere πυριλο, spissam habet medullam, non plurimam) putredinem nullam sentientem. Ambæ corde sunt rubro; cedri odoratum, juniperi odore carens. *Μὴ πυριλο μιτραν* opponitur πυριλο ιγκρεδια, *μιχάλη σπιριλο*, τοδ αστερι. Non faciliter putrescit cedri medulla, quod spissa; putrescit facile juniperus, quod non spissam sed perviam habeat medullam; quippe propter laxitatem facile admittit aërem, & humorem externum, unde putredo. Accedit alia causa, quod cedri medulla odorata, inodora juniperi. Odor suavis & odoratus, verium & tinearum generationes prohibet; ergo corruptionem etiam impedit. Sed videndum, utrum juniperus celeriter putrescat. Certè Plinius lib. 6. cap. 40. inter ea, quæ caricem verutatemque non sentiunt, numerat juniperum. Durare materiem juniperi confirmant etiam trabes, de quibus Plinius loquitur. lib. 16. cap. 39. Cedri oleo peruenita materies, nec tineam, nec cariem sentit Juniperum in Hispania maxime bacca ejus; medulla ejus ubiunque solidior, etiam quam cedrus. Juniperum in Hispania vatam esse, supra dixi, ex eaque trabes & ædium contignationes incolas facere tradidi. Attamen solidiore esse quam cedri medullam, nego. Juniperi lignum (non fit verisimile, de medulla agere Theophrastum à ligno separata) quod ad nos adfertur, pervium, nec, ut cedri, spissum. Ceterum Theophrastus cum scribit juniperum facile putrescere, illud intelligendum respectu cedri, hoc fieri. Idem Theophrastus juniperi lignum inodorum scribit; cum igni injectum suavem emittat odorem. Cum dicit ergo inodorum, intellige, ubi non crematur; vel respectu cedri. Plinius non juniperum inodoram tradit, sed alteram cedrum; quod planè fabulosum. Confundit, ut dixi, cedri, juniperique historiam.

Καρποὶ &c. Verte, fructus cedro è flavo rubet, magnitudine myrti, odoratus, esique suavus. Juniperi cætera quidem similis, sed niger, gustuque austerus, ut præ nimia acerbitate,

proprie*te* ingu*stabilis* sit; durat in annum; tum, cum altery subnatus fuerit, precedens decidet. &c. Plinius loco citato: Fructum ferunt, myrti magnitudine, dulcem sapore. Et majoris cedri genera duo. Quae floret, fructum non fert; Frugifera non floret, & in ea antecedentem fructus occupat novus. Semen ejus cupresso simile. Quidam cedrelaten vocant. Multa hic in considerationem veniunt. Utramque cedrum fructum ferre, ait, myrti magnitudine, dulcem. Theophrastus de una cedro tantum agit, eamque comparat juniperō, traditque, cedro fructum dulcem, juniperi insuavum. Falsum est, majoris cedri duo esse genera. Unum tantum in toto terrarum orbe haec tenus inventum. Quod de majore cedro scribit, alteram florere; alteram non, hoc de juniperō tradidit Theophrastus. lib. 3. cap. 6. Idem cap. decimo verbis iam assatis, Juniperum fructum novum & anniculum ostendere, auctor est; quod de cedro, & quidem majore (de qua mentione loco citato non facit Theophrastus,) verum non est, nisi sit Phoenicia. Utramque, juniperum scilicet & cedrum minorē, Theophrastus cortice scribit cupresso similem vide*ri*. Plinius semen ferre cupresso simile cedrum majorem ait, quod falsum est; nisi dicamus, Plinium semen con*cedrini* intelligere. Videmus, quam turpiter Plinius historiam cedri majoris, minoris, & juniperi confuderit. Fructum cedri Theophrastus εἰσήγειται, id est, è flavedine rubrum. Quod ita esse, experientia comprobat. Galenus lib. 2. de alim facul cap. 15. idem ferè de cedri fructu tradit. καὶ οὐδὲ ὄροπος ζεῖ τὸ θεῖον μέρος τούτου, ὅποις ἡρῷος μῆτρας δημιουρία, γένους, καὶ γῆς ὑπόκειται, Εὐρώπην. Διαφέρει τὸ τῆς δημιουρίας. Fructus cedri, qui cedrus dicitur, colore quidem & figura fructus juniperi est similis, subflavus enim, ac rotundus; dissidet autem ab eo acrimonia. Cedri minoris vel juniperi fructum cum subflavum scribit, mirum in modum fallitur; nisi placeat, Galenum cedri minoris & juniperi majoris fructum comparare. Hic, ut dixi, per maturitatem flavus, ad rubrum inclinans; minoris vero & ceruleo niger. Myrti magnitudinem excedit cedri fructus, forma quidem non dissimilis, sed magnitudine superans. Fortassis in Græcia, propter Solis ardorem, & telluris siccitatem, myrtum magnitudine non vincit. Juniperi baccam Theophrastus ερύθρον scribit. immaturam guttulae videtur; matura gustui primum subdulcis, deinde amara. Reperitur, ut dixi, quae prorsus amara; austera non est, nisi immatura. Dulcem & subamaram esse docet Dioscorides, & experientia comprobat. Fructum tardè perficit, nec ante bimatum; singulis tamen annis novos promit. quo sit, ut nunquam absque fructu sit, & recentes veteres occupent. Ex his, per se, facilè concludet lector, utrum Arcadum, an reliquorum opinio veritati magis sit consona. Hæc de juniperō, cedroque majore & minore dicta sunt, sequitur mespili historia.

Arbor Græcis μεσπίλη, fructus μεσπίλον dicitur, pro quo recentiores dixerunt μεσπίλιον. Moschopulus. μεσπίλον τὸ οὐρανὸς μεσπίλιον. Apud Geoponicān auctorē, qui ex Græcis est recentioribus, μεσπίλον legitur, quomodo etiam Latinis dicitur. Arbori huic cur mespili nomen imposuerint, me fugit. Peregrina videtur fuisse arbor, Græcia solo non familiaris. Fortassis nomen imposuerunt Scythæ, qui Lunam μεσπίλων vocant. Hesychius μεσπίλην οὐρανῷ οὐρανός Μεσπίλον, (si divinare liceat) vocatur, quod cristata sit vertice. Politiagus — regum imitata coronas, Mespila. Sed hoc nimis longè petitū. Verisimilius, nomen accepisse, quod fructus mollior & sui idoneus, pulpa constat sordida, & aspectu ingrata, μεσπίλον ergo quasi μεσπίλων. Nugari si liceat, à Belgis nomen impositum. his Mispel dicitur. Mispel idem est, quod deficit spolium, sive, frustra in pomario querās, quod ex piles. Mespila enim quando matura sunt, tempus est, quo nihil in arboribus restat spoliandum. Serò enim admodum mespila maturescunt, Octobri, Novembrique mensibus. Mespili genera, ex Idæorum sententia, tria ait esse Theophrastus, ἀγριός, ὄμηρος, ἀγριονερών, ut in vulgatis legitur codicibus. Quibus si νερών, addas, (quam sylvestrem, infra cap. 14. mespilum vocat Theophrastus) quatuor habebis genera. Dioscorides duo describit, ἄπις & ὄμηρος. Plinius lib. 15. cap. 20. Mespili tria genera, Anthedon, setaria. Tertium degenerat, tamen si anthedoni similius est, quod Gallicum vocant. Solus Dioscorides duo genera tradit. Nonnulli tamen tria Dioscoridem describere tradunt, codicemque vulgarem corruptum arbitrantur; de quo mox videbitus. Principem locum obtinet Anthedon. ἀγριός, Hesych. apis. ἀγριός η μελισσα. η μήλη βουνίας. η μελισσίνη. Anthedon apis, & Baetica & Palestinae urbs. Sic vocatur apis, η μήλη της αἴγας, quod flores edat. Dioscoridi genus hoc mespili αἴγας.

si dicitur. Sunt qui alterutrius codicem corruptum scribant, censentque, vel apud Theophrastum legendum *araviam*, ex Dioscoride, vel apud Dioscoridem ex Theophrasto *araviam*. Quicquid sit, corruptus non est Theophrasti codex. Plinius enim vocem *araviam* servavit; Patemur quidem idem genus esse *araviam* & *aravias*; sed alterutrum codicem emendare non audemus. Aronia fructus *araviam* à nonnullis dicitur, quod tria intus contineat grana, Neapolitanis *araros*, vocatur. Secundum locum tribuit *teranicae*. In Ald. & Bas. cod. legitur *aravias*. *aravias* legit Plinius, etiam Dioscorides: quamquam in quibusdam codicibus *aravias* legatur lib. I. cap. 179. μεσπίλιον ἡ ἵπερις οὐ εἶδος τὸ Ιταλικόν γενέμαρον, ἐπειδὴ ιπεντήλιον καλέσται, οὐ δὲ σπινάνος ἀραβίζων, Mespili genus alterum in Italia nascitur, quod epimelida nonnulli, sitanum alii nominant. Notant in antiquis codicibus alter hunc locum scriptum esse. μεσπίλιον ἡ ἵπερις οὐ εἶδος τὸ Ιταλικόν γενέμαρον ὁ ίνοι ιπεντήλιον καλέσται, ἡ ἵπερις δὲ σπινάνος ἀραβίζων. Alterum genus mespili in Italia nascitur, quod epimelida nonnulli vocant; atque alterum quod sitanum. Tria itaque forent Dioscoridi genera mespili. Επεντήλιον vocari, ait. Quæri solet, quem fructum Galenus ιπεντήλιος nomine describat. Vulgata est ac recepra opinio, mespilum esse. Verba Galeni si strictius examinentur, res dubitatione non carabit. lib. 6. Simpl. hæc de epimelide tradit, *ιπεντήλιον* (Diosc. *ιπεντήλιος* & lib. de alim. fac. Gal.) τρυφὸν τοῦτο τὸ Φυτὸν οὐ δέ αὖ εἴπει περὶ αὐγῆσιν μηλίον. καλέσται οὐ τὸ ιπεντήλιον αὐγῆσιν μηλίον. τολεῖσον δὲ τὸ καλαβρία γένον. δέ πρεπός οὐ αὐτὸς τρυφὸς μὲν κακοτεχνος οὐ δέ, καθαραληρός. αἰματικότερον δέ αὐτὸν περὶ αὐλόντες ποιῶσιν. Epimelis: acerba hæc planta est, utque dixerit quispiam, pomus sylvestris. Vocabat autem ab Italico rusticis *Vnedon*. ingens ejus in Calabria prouentus. Fructus ejus acerbus quidem est, nihilominus tamen stomacho ingratus, & capitis movens dolores; admixta siquidem ei est aliena quaeriam qualitas. Idem lib. 2. de aliment. facult. cap. 38. καὶ οὐ δὲ τὰς ιπεντήλιδας φέρεται. καλέσται δὲ τὸ ιπεντήλιον οὐ καρπὸς δὲ δέρματος τὸ φύτευον, κακοτεχνος περὶ καθαραληρὸν οὐ πρέπει; καὶ τρυφὸς ικρών μετά ποιεῖ βραχεῖας γλυκυτήτος. Et qui frutex epimelidas fert; appellatur autem is fructus in Italia unedo, stomachóque nocet, & capiti dolorē adfert, acerbusque est admodum, cum exigua quadam dulcedine. Primum notandum in Libr. Simpl. legi ιπεντήλιον perī, contra in Libr. de alim. Facult. per ιπεντήλιον. Quomodo Dioscorides mespilum alteram vocari scribit, supra ex Plinio, unedonem arbutum dictum dicere me memini. Evidem id valde verisimile; hæc enim caput dolore afficit, & stomacho nocet. Vide cap. de arbuto. Ipse Galenus de arbuto hoc scribit, testatur idem Dioscorides, & Botanicorum tota schola. Qui vero mespilum unedonem vocari scriperit repperi, neminem; ut nec qui tradiderit, caput tentare, ac stomacho inimicum mespilum. Επεντήλιον sic exponit in Lexico; Διοσκορίδης ερεὶ τὸ ιπεντήλιον δέ τοι δέρματος. εἰδὲ οὐ δέρμα μετανομάσθεντος. Admisse mel, aut amamelidas; deinde ex vino nigro potandum dato. Ex quibus, ait Fœsius, conjectura est, Galenum apud Hippocratem ιπεντήλidas pro ιμαμελidas legisse, ut legendum videatur, ιπεντήλidas, ιπεντήλιον Διοσκορίδης. Idem Galenus eodem in Exegeſi, ιμαμελidas, εἰδέπει πιεσθία, τολεῖσον τὸ Ιταλικόν γενέμαρον, οὐ ηγετικόν δέρματος λέγει. τοις δὲ τὰς ιπεντήλιδας φασιν εἴρην μηλα σπικέρα ἄρχεια. Amamelis genus quoddam mespili in Italia natum, ut Dioſc. ait; nonnulli epimelides aīunt esse, mala quædam sylvestria parua. Dioscorides (ut in vulgatis habetur codicibus) ιπεντήλιον, non ιμαμελidas, alterum mespili genus in Italia natum vocari tradit. Sed videamus quam varii Græci sint in hisce verbis. Hesychius ιμαμελidas (vulgò corruptè ιμαμελος; nisi placeat, recentiores sic locutus, sed series alphabeti contrariū spondet) αἴπει γέρον, οὐ μηλη, οὐ μεσπιλη. Ita Grammaticus. Disputarunt veteres, utrum mespilus ad pironum classem, an aliā referenda esset. Plinius lib. 16. cap. 20. malis pyrisque annumerat. Malorum, inquit, pyrorumque generi adnumerentur jure mespila, atque sorbas Pyramphylus lib. 3. apud Athenæum adnumerat. ιπεντήλιον οὐ καλέσται, φυτόν πιεψίον, τοις ἀπίτοις οὐ γέρον. Pyramphylus pyrorum quoddam genus epimelidem vocabi scribit: Idemalibi, πιεψίον οὐ εἰ τοῖς τοῖς γλαυκοῖς οὐ δομάτιον. ιπεντήλιον φυτόν αἴπει γέρον Athenæi sententia, quam probat Aeschylides. lib. 14. δειπνοσοφ. οὐ δὲ ιμαμελidas (vulgò ιμαμελidas) τοις εἰσιν αὔτοις οὐ πιεψίον δομάτιον, οὐδὲ ιπεντήλιον πιεψίον, ηδη ιπεντήλιον πιεψίον, ηδη ιπεντήλιον πιεψίον.

τὸν ἀπόγεων. ὅποι τὸν ἐπεργοῦ τῆς αἵρεσης νοῦ οὐδείς, αἰχμαλώποις παριστάται. Καὶ τοῦτο γεωργικῶν τοῖς μέσοις (forte καὶ φ.) γράφεται τούτος. αἴτιος ἡ σύνορα Φίρει καρτερίστας, καὶ τὸς οὐρανού πάνθεος αἴτιος. εἰσὶ δὲ ἀπορίων τε, καὶ ἀδείας, καὶ γλυκύτερης αἰδηλος οὐ, καὶ πέμπτην οὖσαν στρεψίαν, εἰ γνωστα παραγόμενα, οὐρανολίδας αὐτὸς καλεῖται. πυρα quidem non sunt mammelides, ut quidam arbitrantur, sed alterum genus fructus suavioris, absque nucleo. à πυρα bas discrepare, τὸ suaviores esse. Αἰσchy-
lides lib. tertio Georgicō monstrat, cum de insula Ceo(Coo)
loquitur, quam ait optima πυρα educare, τὸ quas in Ionia
vocant amamelidas, carentes nucleo, grati saporis nucleos.
Αἴθλιον libro quinto de limitibus Samiorum, si modo vere
illius hoc opus est, homomelidas ijsus nominat. De eodē ge-
nere loquitur Hippocrates. Nam amamelis fructus, cui
suavis ac dulcis sapor, quem mellis loco, ad lac augen-
dum, ut cetera dulcia & modicē calida & humida, prae-
scribit. Certè fructus mespili ad id ineptus; austerus
quippe, & adstringens, nihilque mellei habens. Sunt
qui pro amamelide habent plantam, quam vulgo ama-
lanche vocant. Vix illus locus paulò alperior montanæ
Gallo-Provincie est, (ut testantur adversariorum Aucto-
res) cui desit hujus fructus proventus. Surredit autem
quam plurima virgulta recta, lævia, polita, prædura;
cortice obducta nigro, & foliis oblongis, berberidis ma-
joribus, firmis. inter quæ crebrā fietura baccæ rotundæ,
& umbilicatae, nigræ & plenæ erumpunt, magnitudine
myrti, sapore plane melleo, & pergrato plebeculæ quas
ideo vocant amelanchos, quasi melleas; virgis surgit vi-
rentibus ac ramosis, omnium rigidissimis & durissimis,
quaternos aut quinos cubitos longis; quibus in scopas
vincit utuntur ad areas verrēdas. Scatent hac loca aspe-
ra prope divinam Mysterias & citeriores illic urbeculas.
Hanc pro amamelide doctiores habent. Unum tantum
obstare videtur, quod non sit ἀμέλην. Nam fructus se-
mina terna, quaternaque inclusa habet, pyro similia, ni-
gra. Dicendum, semina hæc ἀμέλην formam non habere;
ideoque recte veteres dixisse, ἀμέλην esse, vel pauca
habere semina, ideoque ἀμέλην vocari. Mespilus, ut do-
cet Dioscorides, ιππηλης dicitur. Nomen hoc inditum,
quod juxta malos nascatur, Observavit Val: Cordus
sponte natam. semper malum vicinam habere. Sed non
videtur absurdum, dicere, sic vocatam hanc plantam esse,
quod feliciter in malo inseratur, & quasi int̄ τὸ μηλίας, id
est, in malo adoptata creverit. ἀμαραντης vel ὄμηρης Pau-
saniae apud Eustathium dicitur, διὰ τὸ ἀμέλην vel ὄμηρην μηλω-
ῦσσην, quod cum malo floreat. Hoc idem mespili genus σπι-
νινος vel σπινινος vocatur. Quid σπινινος vel σπινινος Græcis,
significet, capite de tritico docetur, inde id petat diligens
lector. Tertium genus αἰνδηδωροειδής vocari tradit. credo
quod Anthedoni simile Plinius Gallicum vocat. Te. tium,
inquit, degenerat, tameſti anthedoni similius est, quod Gal-
licum vocante. Hujus apud Dioscoridem mentio nulla:
niſi placeat, ιππηλης esse; sed tum altera præferenda
lectio. Recentiores hæc mespili obſervarunt genera:
1. mespilus Germanica, folio laurino non serrato. 2.
mespilus folio laurino major. Hæc infiſtione in pyrum
ſylvestrem, maximè oxyanthum, mitescit, pomum ma-
jus edit, nec spinis horret, & singula pota, ut & prioris,
quinos nucleos complectuntur, niſi forte interdum præ-
ter naturam, aut plures aut pauciores contineat. 3. me-
spilus Italica, folio laurino ferrato. 4. mespilus fructu
albo, mali magnitudine, cujus meminit Scaliger. 5. me-
spilus apii folio laciniata, tricoccos.

Φίλες Ἰνδονήσιοι. Plinius loco citato, *Setaniae majus pomum, candidiusque, acini molliore ligno.* In antiquiss. Veneta editione scriptum est. *Setania tum majus pomum, candidiusque acini: molliore ligno.* Scribo *Setaniae tamen majus pomum candidiusque; acino intus molliore.* Arboris faciem non describit Theophrastus, ex Dioscoride peti potest; apud quem legitur. lib. I. cap. 170. οὐδέποτε ισι μύλων φύσεις. Εποικία φύσεις, οὐ πάντα μηχανήταις (in vulgariter codicibus particula μάνη non habetur) ήτοι ί κρυπτόν Εποικία σφραγίδων, θεώρισμον, πλάκων ί χρώμα την πυθμέα, παπεριφύλακα, πεπανόν, περιβολίος. Arbor est εποικία similis folio, nisi quod non minor sit. fructum hoc quoque genus profert rotundum, esculentum, umbilico latiore, leviter adstringentem, quique tardè maturescit. Vulgaris Mespilus quā delineat Dioscorides, arbor est non magna, caudice frequenter tortuoso, ramis duris, frangi contumacibus, foliis oblongioribus, sed angustioribus quam mali, inajorem tamen cum lauro affinitatem contraxisse videntur, licet aliquantulum longiora foliis lauri, & minime ferrata minusque quam lauri viridia ac dura. Flores profert, mense Aprili, Majori, candidos, magnos, amygdalæ similes, quinque foliis constantes, & singulos singulis pediculis suffultos, instar

cotonei mali, sed candidiores. Succedit pomum parvum, rotundum, incanum: cuius superiore sui parte, quæ umbilico similis lato appetat, apicibus viridibus emicans.

Mespilus vulgaris.



pulpa initio albida, cum mollita est sordida, & fulva, non
dum emollita tam acerba ut edendo non sit, prius quam
mollescat, in qua semina sive ossula quina, plana, dura,
recondita sunt. Ex his patere arbitror, male quosdam
μη μικρόπερ, ex palm. codice scribere. Malo magnitu-
dine cedit, ejusque ad altitudinem nunquam ascendit.
τὸν αὐτὸν ἔργον την ποντικην πολιτικην. propriè fundum significat; in
pomis fructibusque οὐφαλος significat teste Poll. lib. 2.
ubi cum de hominis umbilico prolixè egisset, subjicit,
αὐτῆς εὶς τὴν σύκων ποντικην οὐφαλον οὐμαζεστ. Attici fico-
rum ποντικην umbilicum vocant. Mespili umbilicus satis la-
tus, si ceterorum pomorum umbilicis comparetur. Ideo
politissimus Politianus cecinit.

— Regum imitata corona,
Mespila.

Recte Dioscorides *βεγδίνεις παπανδρός* scripsit. Floret Majo, Aprilique mens², nec fructus nisi Septembri Octobriisque mensibus decerp*i* solet, & tum demum maccari, ut mollescat, quod intra mensis spatium prestare norunt agricolæ. Quod si in arbore relinquatur, anno sequente Martio demum mense, matus redditur.

At ἐπίγεια. Scribe cum Doctiss. Constantino διὰ ἐπίγειαν ιλάσθε εἰς τὸν σωδίστερον, καὶ τρυφότερον, διὰ scilicet πρεσπον. Cæterorum fructus minor, sed odore præstantior, magisque gustu adstringens. Plin. loco citato. Cæteris minus pomum, sed odore præstantius, & quod diutius seruetur. Anthedonis, si eadem cum aronia, fructū luculentēr describit Diosc. πρεσπόν, φίσερ μηχανή μηλών οὔσοις. Ιδοὺ, ἔχοντα τριαντάριδην, αὐτὸν τοῦ τερψικροῦ την αὐτὴν ὀνομαζόσ, βασιλεὺς πατανόδροι. Fructum fert exiguo malo similem, suavem, qui quidem tria intus continent officula, à quibus ipsum quoque nonnulli tricoccon quasi triplici grano prædictum appellant, tardè maturescit. Exiguo malo similem, ait, id de forma intellige, malo multò minor. Mespili aroniæ, que Neapolitanis aravolo dicitur, fructus rotundo longior est, sorbi crassitudine, quam vulgare mespilum minus, sed arctiore umbilico, qui initio viret ac durus est, maturus rubens, mollis, suavis; in quo tria tantummodo dura continentur officula, quod Theophrastum non observasse miror. Tardè maturescit, autumno, mense Septembri. In verbis Dioscoridis observandum, male in editis legi, αὐτὸν οὐρανον; scripsi αὐτὸν. Nam ad præcedens verbum πρεσπόν referri debet, alioquin generis est enallage, referrique debet αὐτὸν ad subintellectum τὸ μιστικὸν. Qua quidem voce & arbor ipsa & arboris fructus significatur. Monendum

etiam lector, in quibusdam codicibus inserta esse quædam verba, quæ ad alterius mespili historiam pertinent. In quibusdam enim legitur, Φιέρι μικρῷ μηδὲ ὄμοιον, τὸ δὲ τὸ ἔχοντα πολὺν οὐδὲ &c. Latum umbilicū alterius mespili fructus habet, huic arctior umbilicus. Sed hic, ut monet Theophrastus, diutius servari potest, quod ipsa experientia probatur. Refert Manardus, Decembri mense incola & illæsai habuisse mespila aronia, cum vulgaris mespili fructus ne quidem (nisi in arbore relinquatur) ad Novembris usque mensem illæsa maneat.

Tar alie aegri racem. *Flos vulgaris mespili* amygdales similis est, ut dixi, sed candidus, non viridis, ut *Gaza*, *verit.* alterius ex herbaceo candicans, est racematinum cohærens.

Amygdalus.



Am̄gdalæ, hac occasione, historiam examinabimini, Deinde ad mespilum redibimus. Arborem Græci ἀμυγδαλον vocare consueverunt. Sed video Græcos de vocis ἀμυγδαλης tono, ac accentu acriter disputasse. Athæneus libr. 2. ὅπερ τῆς ἀμυγδαλης, πάμφιλον μὲν αἰσχοντι οὐκ εἴη, καρπὸν βαρύνει, δέοντα τὴν ἀμυγδαλην. τοιδέ τοι δένδρον θέλει συσταθῆναι ἀμυγδαλην τοῦτο ρόδη. Sed de vocis amygdalæ accentu, ubi statuendus sit, ambiguitur. Pamphilus quidem censet, cum fructum significat, ultimam syllabam gravi notandam esse, ut in hoc dandi casu ἀμυγδαλην. at cum pro arbore usurpatur, eam syllabam circumflexo signandam esse ἀμυγδαλην, ut ἐτιν νοσον. Eadem serdē Suidæ sententia, ἀμυγδαλην τὸ δένδρον, ἀμυδαλην δὲ ὁ καρπός. Pergit Athenæus, αἰστερων ἐτιν τὸν καρπὸν, καὶ τὸ δένδρον ὄμοιος τοφίσταντα γετέξιαν τεσσάραν. φιλόβερον δὲ ἀμφότερον πάσαται. Aristarchus aqueum fructum ἐτιν arboreum cum acuto in penultima profert; Philoxenus in utroque significatu circumflexum addit. Philoxenum sequitur Hesych. ἀμυγδαλην τὸ δένδρον τὸ τρεμηνα. Vulgo male πορέγματα legitur. Amygdale arboreum ἐτιν bellaria significat, id est fructum, ex quo bellaria. Idem Athenæus ἀλλοι δὲ ἀμυγδαλην οὐ καλεσ. Quidam in ultima cum acuto pronuntiant, ut καλεσ. τούτου δὲ εἰς ἀπίκη τοφωδίαν ἀμυγδαλην μὲν καρπὸν βαρύνει, δὲ ημίτις ιδεότερος αμυγδαλον λέγειν. ἀμυγδαλην ἐτιν τὸ δένδρον καπικῆ τοῦ καρπὸν ὄντος ἐτιν καρποκήρων, καὶ διε τοῦτο συσταθμίου. Tryphon in opere de Atticis accentibus fructum ἀμυγδαλην τὸν cum gravi tono, ἐτιν generes feminino dixit, quod neutro τὸ ἀμυγδαλον efferrimus, arborem autem ἀμυγδαλον, ultimæ syllabæ circumflexo tono adjecto, quia à fructu deducta, ea vox possessionem demonstrat, cum illa nota ἐτιν specie. Hoc vult. ἀμυγδαλην τὸν arboreum significat, possesivæ formæ nomen esse, deductum à fructu (id est, à voce ἀμυγδαλην fructum significante) ideoque circumflecti. Similis tonus aliorum ejusdem terminacionis καπικᾶν, ut ζευσι, χαλκᾶν, λεοντῖ. Amygdala nomen accepit, ut docet etymol. auctor τοῦτο εἰς τὴν καλούφη την τὸ ξένον κλασσῶν πολλὰς ἀμυγδαλας ξενι. quia in tegmine, quod extimo viridi proximum est. multas ἀμυγδαλας, id est scarificationes habet. Hesychius ἀμυ-

χρ. εἰλ. ἐπιπόλουν μέτες superficiale; Eandem ob causam
fructus καπνοφέτων καρπού ab Epicharmo dicti sunt à
καπνῷ quod Hesych. καπνίστων, ικπνίστων & τρέψιον rodo. quod
arrofi ad flatus expirationem videantur. Vel quod à ven-
tis seu tempestatibus arrosum sit puramen. Fortassis no-
men hoc impositum, quoniam torridæ & aridæ videntur
inter commedendum. καπνοφέτης enim Euastathius compo-
tum docet, εἰς τὸν καπνὸν καρπὸν. indequē apud Athenaeū
καπνοφέτης τὸν λεπτόν καρπὸν τεκμήτι. Theocr. eidyl. 6. ὡς αὐτ-
οὶ καπνοφέται τοις καπνοῖς χάριτα. Scholiafestes exponit αὐτὸν καπνοφέ-
της τὸν καπνὸν διὰ τοῦ θερμότητος. quemadmodum αὐτὸν εἴη
τινα frumenta torridæ cōmæ, id est, lanugo à sole usta
& torrida. Multis hæc non arrident, qui longè aliter &
interpretes & alios ista volunt acceperisse: quasi vox καρυ-
δίας, non Poetæ, sed Athenæi esset, quem putant velle
Epicharmum per καρπὸν intellexisse amygdalas. Sed falli-
eos docent vocalæ καρποῦ. Quis dubitat vulgo Græcis
καρποῦ fuisse nubes juglandes? De iis loqui Epicharmum,
probat auctor, qui καρπὸν & amygdalarum simul facit
mentionem. Appositissimus est, quem subjecit Athenæus,
Philylli locus, αὐτὸν καρποῦ, καρυδίας. In versu Epicharmi
quid sit καπνοφέτων utcumque explicare possunt, ana-
logiam ejus verbi invenire non possunt. Scripsit for-
tasse, καπνοφέτων καρπὸν, καρπὸν καρυδία. Priori significatu καρποῦ
dixerunt, & amygdalæ & castaneas inquit Athenæus,
confirmat Hesych. καρποῦ τὸν καρυδίαν καρπὸν, καρποῦ
vocant & amygdalam arborem & castanæam. Recte inter-
pres, recte ali per καπνοφέτων καρποῦ amygdalas intelligi-
gunt. Probat hoc particula sibi. Epicharmum vult Athe-
næus ab Atticis diversam habuisse sententiam. sed præ-
stat ipsa Athenæi verba in medium adferre. Καρποῦ, inquit,
οἱ Αττικοὶ καὶ οἱ αὐτοὶ συζησσοῦσι καρπὸν πάντα τὸ ἀκροδότα καρποῦ
λέγοντες. ἐπίπλακος ἢ κατέπλακος (addendum videtur καρποῦ)
λέγεται (leg. λέγεται.)

Կառուցում է անընդհանուր պատճենագիր:

Carya & Attici & alii scriptores communis vocabulo fructus omnes operimento duro testos appellant. Epicharmus vero, ut & nos, per excellentiam amygdalas vocat κανθητο-γρακάρα. Quis non animadvertisit, Athenaeum & Epicharmum diversam ab Atticis habere opinionem? Quod si nuces sic vocasset Epicharmus, non apponenda erat particula στοιχείον. Neque vocula κανθητο-γρακάρα, quicquam faciunt proprieatis, qui contraria defendunt sententiam; per quas Athenaeus se Epicharmi sententiam probare docet. Non sunt igitur contra interpretem, sed pro ipso. Amygdala Phyllis dicta etiam fuit. Poëta Phyllidem in amygdalam arborem mutatam scribunt. Erat Phyllis Lycurgi Tracum Regis filia, quæ Demophontem, Thesei filium, amat. Hic ad Troiam cum proficeretur, promisit Phyllidi brevi tempore se redditum; quod cum non constituto die, sed serius quam promiserat, praestaret, spretam se suspicabatur Phyllis: quare & amoris impatientia, & doloris impulsu, laqueo vitam finiit, ac conversa est in amygdalam, arborem sine foliis. Postea reversus Demophoon, re cognita, arborem illam complexus est, quæ velut sponsi sentiens adventum, folia emisit. Hinc amygdala Phyllis dicta. Suidas. φύλλις ἡ Φύλλος. κανθητο-γρακάρα μουσονήση. Scribe φύλλις ἡ, τὸ δίδυρον, κανθητο-γρακάρα μουσονήση. id est, phyllis feminino genere arbor; masculino verò musicus. Arbor in quam mutata Phyllis, amygdalus. Alia de amara amygdala fabula est apud Arnobium libro quinto; nempe natam eam Ia Midæ Regis filia; quæ, απόχειρες mortuo Attine sponso suo, coram praesente Ardesti, qui caussam mortis præbuerat, seipsam interfecit; his verbis: *Virgo sponsa quæ fuerat, quam Valerius Pontifex Iam nomine fuisse conscribit, exanimati* (Attinis) *pectus lanis mollioribus velat, dat lachrymas cum Ardesti, interficitq; seipsam, purpurantes in violas crux vertitur interremta Mater suffudit eam Deum; unde amygdalus nascitur, amaritudinem significans funeris.* Fuit etiam dicta, Thasia nux. Geoponicae auctor. libr. 10. cap. 57. cui titulus, οὐαὶ καίρι φυτεῖς θεῖον, Εἰ πειρατας, Εἰ ικανοτελεμέ. initium capitii, τῷ μετριώσῃ αὔτεν τὸς ἀμυγδαλος φυτεῖν. id est, *De tempore plantationis Thastiorum curaque & infestatione.* Amygdale melius autumno plantantur. Nihil clarius, quam amygdalas Thasias dictas nuces. Vox hæc apud Galil. lib. 4. καὶ τόπους cap. 1. occurrit, μεριόπη, οὐλίν σπίρησε. θεῖον πικέων κακαθερπεῖν, seminis faniculis, apīs, amygdalarum amarum repugnatarum &c. Thasia nux dicitur, δὲ τὸ θεῖον τὸ ἄθεος πειρατα, quod citè floreat, quod primo vere floreat, antequam emitat folia, ut docet Theop. lib. 7. cap. 12. Plin. lib. 25. Ex hi quæ Hyeme, aquila exortente (ut diximus) concipiunt, floret prima omnium amygdala, mense Ianuario: Martio verò pomum maturat, Ab ea pro-

Unum genus cerasi novisse videtur Theophrastus, nisi placeat, diospyron genus cerasi alterum. Plinius octo genera cerasorum suo quo fuisse docet. *Aproniana*, inquit, *maxime rubent*. Nostrates *Moerellen* & *Amozellen* vocant. Horum arbor humilior, ac tenuior multò quam sylvestris, caudices tenuiores, cortex asperior, non minus tamen officiosus. Folia similia quidem, sed minora: flores haud dissimiles, at fructus, hoc est cerasi, rotundius, carnosius, plus succi habens, sapore vinoſo acidulū, brevi pediculo & carne mediocriter dura donatum, colore communiter rubro, intenso, aliquantulum nigricante. Reperiuntur genus quoddam quasi albidum, sed hoc rarius. Est in hoc genere nonnulla varietas. Quæ in alias ejusdem generis insitæ sunt, magna admodum cerasa, ex brevibus pediculis dependentia, gignunt; quæ vero in sylvestrem inseruntur cerasum, cerasa ferunt minora, longioribus hærent pediculis. *Nigerima* sunt actia. Nostrates, *Utrickeiten* vocant. Fructus subdulcis, colore nigro insiciens manus, labia, palatum. *corbina* Gallis dicuntur, quod corvorum modo nigricent. *Ceciliana* vero & *rotunda*. Genus cerasi rotundius nostrates *Hersen* solent nuncupare, & cum epitheto *Huelle Hersen*. Harum fructus rotundus, magnus, colore diluto, rubro, sapore ex acido dulci. *Iulianis* gratus sapor, sed pene tantum sub arbore sua, adeò teneris, ut gestatum non tolerent. Hoc genus apud nos nomen nullum habet, nec reperiri scio. Mathiolus in Herruria *acquajole* vulgo dici, minimique haberi ait, quia ob aquæ redundantiam insipida sunt, orique ingrata. Sed quomodo iis gratus inest sapor, ut tradit Pinus, si insipida sunt, orique ingrata? Doctiss. a Porta Iuliana Neapolitanis cerasa *canuamele* dici auctor est. Hæc Iunii fine maturantur, vel Iulii initio, ideoque Iuliana dici tradit. *Dulci*, inquit, *sapore, melleo, ac plurimo succo prædicta sunt, adeoque mollia, ut non solum gestatum non tolerent, sed vix parumper manibus pertractari liceat, quin celerrimis marcescant*. Apud nos non reperitur genus hoc. *Principatus duracini*, (in antiquo exemplari Veneto duricianis) quæ *Pliniana Campania appellat*, in Belgica vero *Lusitanis* (Scribo. in Belgio vero Lusitana, subintellige, appellantur) *In ripis etiam Rheni: tertius iis color è nigro ac rubenti, viridique, similis maturcentibus*. Reperiuntur qui hæc non conjunctim sed separatim malunt legere, & quæ *Pliniana Campania* appellat &c. Separatim si legas, plusquam decem habebis genera cerasorum, Plinius tamen de octo se acturum promittit. Ergo conjunctim, & cum precedentibus annexa, legi debent. Duracina à duriore dicuntur carne, sic duracinae uvae, duracina perfica, quod pulpa sunt duriore. His principatum dat Plinius, statim diospyra esse Theophrasti & nomen illud impositum, quod cæteris praestet. (Sic δίδος βάλωνος cæteræ vocatur, quod cæteris præstat glandibus. Euripiδι δίδος γάρ λακ excellentissimum.

Kai τυπὸς ἄντας ἔστι, οὐδὲ δίδος γάρ λακ.

Diospyron fructum arboris sylvestris tradit Galenus: sylvestre vero cerasum principatum non obtinet. Ergo διόσπυρος non est cerasum optimum, duracinum. De diospyro vide cap. de loto. Varro inquit esse colore duracina. De his ergo versus Ovidii intelligendus.

*Quæque sibi vario distinguit poma colore,
Audiat hæc cerasus flipes inanis erit.*

Diospyro color non est varius, sed ruber, ut cerasi. Diospyron itaque non est duracinum cerasum. Belgæ hodie *Spaensche Utrickeiten* vocant, id est ceraea Hispanica, Lusitanica. Colore sunt mixto ex nigro, viridi, rubentisque, nec perfecte, albescentia ferè semper, ut maturcentibus similia videantur, Iunio mense, Iulioq; matura sunt, sepissimè uno pediculo duo cerasa adhærent. Minus quinquefio est, quod prodire que vocant laurea, non ingratæ amaritudinis, insitæ lauro. Hoc genus plane mihi ignotum. Nec lauro inserta cerasus nascitur: moritur germinem nimio lauri amarore. Laurocerasum, quæ cerasum Trapezuntinam vocat Bellonius, ceralium à Plinio descriptam quidam arbitrantur. Huic fructus dulcis, & edulis, nulla amaritudine præditus. De qua vide cap. de loto. Sunt & Macedonicae parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis. Pumilam hanc vulgo cerasum vocant, Exigua, & fruticosa stirps est, raro ad tres cubitos ascendens. Folia cum aliarum forma convenient, sed omnino exigua sunt, fructus etiam parvuli, aliisque permisiles. In Bohemia & Tridentino reperitur agro, & minore etiamnum frutice chamæcerasi. In horto Sturgadiano cerasum pumilam, sesquicubitalem, fructu aciddissimo, foliis quam in Austrasia à Clusio depicta majoribus & longioribus observavit Doctiss. & diligentiss. Bauhinus. Pergit Plin. Inter prima, hoc colono gratiam annuam adferit, Septentrione frigidisque gaudet; siccatur etiam sole, conditürque, ut oliva, cadis. Inter prima, inquit, colono annuum gratiam ferre. Hinc quidam ingenios colligunt, cerasum dici, quasi *Heer-aeg*/ quod primum arboreum fetum, post tristem hyemem mortalibus ostendat, & eo ipso nunciat, non verbis sed reapse, tempus alimentorum redire. *Heer* idem quod revertor, & reverti facio. *aeg* alimenti omne genus notat. *Heeraeg* ergo idem quod faciens reverti alimentum. Hoc obiter. Hodie tanta cerasorum reperitur varietas, quæ quotidie infestatione & cultura augetur, ut vix dici possit. Sunt alia sativa, alia sylvestria. Sativa fructus forma, sapore, & colore variant. Sunt enim pomi figura turbinatiore, longiore, rotundiore, majore, minore, cordis etiam figura, pediculo breviore, longiore, singulis vel pluribus una coeuntibus; ita ut ex uno petiolo vel singula & quidam communiter, vel terna, vel quaterna, vel quina dependant, vel in racemi modum coacerventur: colore albo, sed rarissime; partim rubro, partim albidente, & quædam in maturitate parum rubent ex candido, quædam magis, quædam plane cerea: quæ primo insita sunt, nonnulla ex rubro rufescunt, nonnullam in atrum vergunt: quædam nigra, alia nigerrima: nonnulla succo sanguineo, alia nigro, labia & manus insciunt: sapore dulci, acido, austero, ex dulci & acido mixto: alia amaritudinis quid retinent, non tamen ingrata: sic quædam nimia sua dulcedine fastidium parunt, nonnulla ob nimium acorē respuntur; Non defunt, quæ ob aquei succi redundantiam insippida sunt: similiter quædam carne sunt prædura, alia carne molliore, sive teneriore & aquosa constant: quibusdam caro pertinacius nucleo hæret, qui in aliis fragilior, & nucleo non insuavi; In flore etiam differentia observatur; reperiuntur enim flore roseo, & pleno, cum vulgares simplicem ferant florem. Et hactenus de cerasis eorumque differentiis, ac varietate.

Ἄκτη apud Græcos latè sumitur. Significat littus, regionem maritimam, arborem, frugem, Cererem, donum, fructum. Procles ad hunc Hesiodi locum,

— *Tὸς ζεῖται φίρει δημητῆρας ἀκτή.*

Quem terra fert Cereris munus.

Δημητέρας ἡ ἀκτὴ ἐγένετο εἰς πόλεν τῷ ιδίῳ λεγαρέῳ μητροπολεῖον οὐρανοῖς πέπλοις. Εἰς τὸν διάδομον τηνὶς γέλω, αὐτὸς δὲ εἰς καρποὺς μητρέας δημητραῖς οὐτανανοι. Idem paulo infra, ἡ ἀκτὴ Φαστηλονήσου σημανεῖ εἴτε τὸ καρποῦ Demetras acte τοποθετεῖται, non solum ea quæ Cerealia, ut triticum & hordeum nuncupantur, sed etiam reliquarum plantarum frumentum, terra enim è quæ omnes fructus Demetran vocantur antiqui — acte dixit in feminino genere significat frumentum. Ioannes Tzetzes ad eundum locum δημητραῖς ἀκτή.

ητοι τῆς γῆς τὰ διάφορα. δημητρεῖον ἡ γῆ. δορικός. θεούρων ἀπὸ Γ. γ. οἱ πήγαιοι; διοφίσηι, πυρφίσηι. Εἰ δημητρεῖον γῆματέσσας λέγεται. ἀκτὴ, ἀκτὴ θυλυχῆ, η Γ. ηλία (αὐγὴ), καὶ ἀκτὴ οὐρανοῦ λέγεται. τὸ ἡδηγματικὸν ἀκτῆς, Γ. αἰκέν, η ακτὴ, εἰς τὸν ἄγων τὸ φίσιον τοῦ τερρᾶ, demeter enim terra Doricē. His enim pro. γ. ponunt
εἰς ut dnoopheron, gnopheron, sic demetram gemetram vocantes aitem. actis in fæminino genere, radius solis, in masculino, litus, etiam munus, donum ὁ actos, in generandi casu hujus actou, dandi, huic acto, hunc actum in accusandi: ab ago, quod fero significat. Botanicis αἰκή vel αἰτίς sambucus. Auctuarii Auctor. αἰκή δι ιδεῖσηι αἴρεται, η Γ. ημέρη, παραδεισικόν Aliqui dendron arctū, hoc est arboreum urſi, alii hemeron, quasi sativam; Romani sambucum nominant. Sambucus ut Hermolao placet, dicitur à sambuca, musico instrumento, quod alii pectida, alii magadim vocant. Eadem Ruellii sententia: dictam puto arborem à sabuca musico instrumento, quod pectida, alii magadim vocant. Sambuca porro ab auctore videtur appellata, cui nomen Sambyx fuerit, usam tamen ea primam omnium Sybillam perhibent. Quintus Serenus sabucum, metri credo gratia, vocat.

*Conveniet tenera radix decocta sabuci,
Ingeminis calidi cyathis potanda Lyai.*

Græcis αἰτή dicitur. Fortè à littore. Aquas enim, ut Theophrastus ait, amat. 'Ακτὴ Græcis littus, λαζαρίας frango, quod undae littoribus allisæ frangantur. Hesych. αἰτὴ οὐρανοῦ τόπος. καὶ διαρρηγαλδοῦ τόπος. οὐδὲ τὸ σφραγίδων αὐτῷ τὸ κύματα οὐτὶ προνοῶν, καὶ καρπούσων littus, maritimus locus, quod ei allisæ unda frangantur, hoc est rumpantur & fundatur Sambucus à contrario αἰτή dicta esse potest; quod non facile à ventis, propter flexibilitatem frangatur. Vel ab αἴρᾳ, quod facile ob eandem flexibilitatem ducatur. Quare textis idoneam tradit Theophrastus lib. 5. hodieque ad septa hortorum utimur. Unum genus novit Theophrastus quod luculenter describit. Duo Dioscorides, quorum prius αἰτή vel αἰτίς, alterum γαλαζανην vocatur, id est humili sambucus, quod parvus fruticulus maneat, nec altè affurgat. Latinis ebulus dicitur, quod ebullientes & effervescentes humores per aluum educat. Plin. lib. 24. cap. 8. helion vocari tradit.

Sambucus L. ap. 193.



Sambucus habet alterum genus magis sylvestre quod Græci chamaæcten, alii helion vocant. In antiquo codice Hellon legitur. Vera lectio Helios, id est palustris, quoniā in pinguibus & uliginosis locis nascitur. Auctuarii auctor. οἱ ιτεούστην, δι άρειαν αἰτή, οἱ οὐρανοῦ, παραδεισικόν. Αντιτίθεται, id est palustris sambucus vocatur. Alii azriam, id est sylvestrem sambucus nuncupant. Quidam euboicen appellant, Ramanis ebulus dicitur. Recentiores Græci utramque sambucus κυφοξυλαῖαν vocarunt. quod lignum haberet leve & inane. Myrepsum sect. 3. de un-

giuentis cap. 86. in unguento lieni accommodato. μητρικόν, σελίνη καὶ κυφοξυλαῖα malè scribitur κυφοξυλαῖα. Interpres *ligni limaturam* vertit. Quam quidem dictiōnem, inquit, aliter interpretari non possum, nisi pro tenuibus ac levibus affilis è ligno lima aut dolabra detracta. Κυφοξυλαῖα, ut dixi, ebulum vel sambucum significat. Nicomedes Iatrosophista αἰτὴ η κυφοξυλαῖα, η οὐρανοῦ σφραγίδων καρπούσων, η γῆ, καὶ ιατρούσιον. acte que & coupoxylaria. Est, & altera qua chamaæcten dicitur. Idem αἰτὴ η κυφοξυλαῖα η διαδεῖπνος, αἴτη η κυφοξυλαῖα, & dendrus. Neophytus καναπάνη, τὸ χαμαæcten η γῆ, κυφοξυλαῖα αὐθός. Vide infra, ubi de flore agitur. Vides utramq; vocari coupoxylian. Apud Myrepsum perinde videtur, utrum ebulum an sambucum vertas. Nam utrique eadem vis. Diosc. lib. 4. cap. 175. διαρρηγός η αὐτή αἱροτείρεις καὶ γῆς. Eadem utrique vis & usus. Illud indagandum, quod Nicomedes ιατρούσιον vocari scribat. Nec videtur corruptus codex. Nam apud Neophytum legitur. μητρικόν κυφοξυλαῖα, η κυφοξυλαῖα. parva coupoxylaia, id est ebulus, quia & elleboris dicitur. Idem in glossis veteribus, ebulum ιατρούσιον. Doctissimorum opinio est ιατρούσιον, pro ebulo dixisse, quod postea alii ιατρούσιον, nos ιατρούσιον, vel ιατρούσιον, hanc plantam ita dictam recentiores arbitrantur, quod purgandi, ac humores educundi vim validam habeat, haud aliter ac helleborus. Diosc. loco citato, ξερούπην η δραγανός, κυρούρης η ηρά τη, ιψέμβρα η τη φύλα ης λάχανα καρπούσιον φλίμβα καὶ χολώ. καὶ οἱ καρποί η απαλὸι εν λαπαδὶ ιατρούσιον, τη αὐτή ποιεῖσθαι &c. exsiccans nimurum & aquas alvo detrahens. at stomachum offendunt. folia olerum modo cocta, πιντuitam, bilemque purgant. sed & caules teneri in patinis cocti, eadem præstant. Recentiorum experimento constat, ebulum eximiam & validam purgandi per alvum vim habere; efficacissimaque esse radices, quod Græcis recentioribus non videtur fuisse incognitum. Notandus glossarum auctor, quod ebulum interpretatur ιατρούσιον, & ιατρούσιον; cum nihil similitudinis ebulo sit cum anchusa & erica, vires plane dissimiles. Sed quid impedit dicamus, Neophyti & Nicomedis codicem corruptum, ac legendum, ιατρούσιον. Certum est Græcos recentiores hac voce usos, Glossarum auctorem nihil moror; apud me nullius hic pretii, in re herbaria imperitissimus. Εβελη, voce Græcos recentiores usos, ex Diocle Hippiatro probatur. Hic lib. I. cap. 33. Ιεβελη η ιατρούσιον καρπούσιον ηραφέζον. Non valde magna mutatio Ιεβελη, in ιατρούσιον, quod imperiti rei herbariae culpa facile accidisse potest. Sed præstat vulgariter servare, maximè, cum nominis causam invenire non sit difficile; nempe quod hellebore modo purgat. Εξαέρησης & ιατρούσιον dixerunt, quod minori purgandi vehementia pollet quam elleborus. Idem Nicomedes ιατρούσιον vocari scribit sambucum; pro quo apud auctuarii auctorem scriptum est, διαδεῖπνος αἰτήν. Magis placet Nicomedii lectio. Nam apud Galenum sambucus διαδεῖπνος dicitur; αἰτή (ita scribitur) η παραδεισικόν η διαδεῖπνος, καὶ η βοτανοδεῖπνος, λιονταρία η καρπούσιον ηραφέζον. acte tum magna illa & arborea, tum herbacea, quam & chamaæcten Græci vocant. Hoc de generibus sambuci, ex antiquorum placitis, Dicendum restat, Plinius chamaæcten ab ebulo male separare, & genus sambuci sylvestre tradere cum καρπούσιον & αἴρειαν αἰτήν, & ebulum eadem planta. Sed hoc usitatum Plinio, ejusdem generis Græcam & Latinam appellationem pro diverso ponere, consuetus hic illi, & solemnis error. Sabuci hec genera observarūt recētiores. 1. sambucus fructu in umbella nigro. 2. sambucus fructu in umbella viridi. Variat hæc bacis viridibus, in aliis albis vel ex albo florescentibus. 3. sambucus racemosa rubra. 4. sambucus laciniata folio. 5. sambucus humilis sive ebulus. 6. sambucus humilis sive ebulus folio laciniato. His adjungunt sambucum aquaticum flore simplici, quam quidam opulum Cohumellæ scribunt, cum nullam cum corno similitudinem habeat. Rectius alii ad aceris classem referunt. Reperitur flore pleno, vocaturque sambucus aquatica rosea. floribus est conglobatis, & communiter albis, rarius purpurei coloris. Sambucum nemini in Belgio ignotum arbitror. quapropter quo pacto, quo in loco, & quo tempore gignatur, multis expōnere non laboro, cum omnibus quæ sit sambuci facies confit. Quæ tamen veteres de sambuco ebuloque tradiderint, examinabo.

Loci aquosis & umbris nasci ait. Plinius in montibus provenire scribit, lib. 16. cap. 18. Non temere in montibus vise sunt prunus, punica, oleastrum, juglans, morus, sambuci. Humidis lætatur sambucus, ac opacis, tamen & alibi provenit, ut in hortorum, agrorum, pratorumque sepimentis. Vix inter omnes arbores aliam quamcunque reperies vulgatiorem, & quæ adeo sine ullo negotio, & plerumque

plerumque humidis ac tenebris locis juxta muros, sa-
pes, aliosque incultos loco, nascatur atque sambucus.
Sed cur non temere has in montibus videri scribit Pli-
nius? Causa videtur, quod sambucus in montibus nata
racemosa est; cui enim racemosus fructus, montana est.

Ov. felix & nra & cō tis p̄t rōs̄is. In Ald. & Bal. Cod. particula negativa n̄t non habetur. Experientia in aliis etiam, quam aquofis & tenebrofis, nasci docet locis.

Tò j̄ &c. Plin. lib. 16. cap. 39. Et sambuci interiore mirè firma traduntur; nam qui venabula ex eo faciunt, preferunt omnibus, constat enim cute & ossibus. Idem cap. sequenti, lentissima autem & ideo scuta faciendis aptissima, quorum plaga se contrahit protinus, cluditque suum vulnus, & ob id contumacius transmittit ferrum. in quo sunt genere sici, salix, tilia, betula, sambucus, populus utraque. &c. Si lentissima, quomodo firmissima? falsum est, cute & osse constare. Aequè veritati contrarium, venabula ex ea fieri, De corno ea Theophrastus lib. 3. cap. 12. tradit. Plurimum medullæ sambucus habet, quod ipse Plinius lib. 16. c. 25. fatetur. Præterea parùm feliciter vertit, constare ex cute & ossibus. Vide caput de corno. Theophrastus densitate & firmitate cornibus similem tradit, ideoque solidam.

milem tradit, Ideoque fondauit.
Erregeris &c. Supra lib. I. cap. 9. negavit medullam habere: cum tamen nulla arbor reperiatur, quæ plus in ramis medullæ habeat. Sed illud quomodo exponi debeat, mox dicam: Propter mollem medullam virgas concavas fieri, tradit. Quadrantenus caydas fieri, tradit Dioscorides, αὐτὴν δοσοῦντι, οὐ τὸ πέρι τῆς διαδεδόθεν καλαθεαντούσι, εἰπούσι, σπουδής, ὑπογίας, ὑπολύκυτος, δύναται. sambuci duo genera, ac unum quidem in arborem assurgit, surculos spargens arundinaceos, teretes, quadrantenus cavos, candicantes, prolongos. Sambucus subinde ad mediocris arboris magnitudinem ascendit, ramosque latè effundit; quandoque humili & fruticosa manet. Caudex plurima parte lignosus, parum admodum medullæ intus habens: (cum ergo supra Theophrastus dixit, medulla carere, de caudice intelligi debet) a rami & præsertim juniores, geniculis articulati, medullam multam, crassam, mollem, interius recondunt, ac lignis minus habent: cortex caudicum scaber ac rimosus, cinerito colore sordescit. ramulorum non omnino levis. (de cortice ergo ramulorum verba Theophrasti accipienda,) colore ferè assimilis, sed magis rufus, qui quidem exterior; subest enim huic & aliis ligno vicinior, virens. Ligni materies dura, solidaque, sufflavescens, findi facilis. Porro sambuci surculi non sunt cavi, ut iacangulas vertunt, sed laxa medulla pleni; quo nomine iacangulas, id est subcavos, aliquantum cavos, eos dixit Dioscorides.

Φύλλα. In delineatione folia hęc considerabimus. quod
comparat lauro. Diosc. verò juglandi similia faciat; τὰ
φύλλα γὰρ ἀλί (in Altero cod. Φύλλα ἀλί εἰς ἐπτά; pro quo
scribo, τὰ φύλλα διεῖν ἐπτά) εἰς διατημάτων τέσσερα τὴν ἕκατον,
καρυός βαστιλικῆς ὄμοια βαρύστατη καὶ τυπητής; folia terna qua-
ternaque (in Altero codice *folia quatuor, quinque, sex & septem*) ex intervallis,
circa virgas excent, nucis juglandis foliorum similitudine,
graveolentia, magisque incisa. Lacuna ex veteri codice
legit, βαρύστατη καὶ πικρόπιτη, id est, graveolentia & ama-
riora. Oribas. legit μεγάπιτη, majora. In Catacur. codice

scribitur. Non sunt amariora, aut majora, quam juglandis, sed minora. Quare Catacurenii lectio, si vulgarata non praestet, magis approbanda. Cæterum γ η δ non legit idem Oribasius. Folia ex pluribus ad unum medium pediculum, quinis, senisive, interdum septenis, rassisimè octenis cohærent, veluti juglandis, sed singulis minoribus, ambitu ferratis, & graveolentibus. Meliori ergo usus descriptione Dioscorides, quam Theophrastus, *Xαρακκιον* in Ald. & Bas. *συναγετον* legitur. Omnino, inquit, legendum *ζεπτεσιον*. Extra controversiam, ita legendum esse, si vulgaratam sambucum describat. Sed tamen cum reperiatur sambuci gentis, cui fissa & multum laciniosa sunt folia, antiquam lectionem servandam cuipiam videbitur. Sed hujus folia non sunt laurini rotundiora, immò nullam nisi fortè quo ad colorem, cum lauro similitudinem habent. male in eisdem *σειτηματον* legitur. Rectè Theod. *φυλλον* ē *τοῦν οὐγα τὸν*, defuit id totum simul. Totam periodum in hunc sensum verte: folium singulariter exit, molle, oblongum, veluti lauri latifolie, sed majus, latius, rotundiusque à medio & inferiore parte, supraea autem in acutum contractius, in ambitu serratum; totum autem circa pediculum crassum, nervosumque, veluti ramulum pender. foliorum alia, hinc alia inde geniculatim conjugatimque adhærent, à se distantis, uno ex pedicali fastigio exeunte, subrussa, mediocriter mollia laxa, (non placet fungosa vel inania reddere, quia sequitur *ομφαδη*). talia non solent esse fungosa, nisi fungosa carne placet constare sambuci folia) & carnosia, defuit id totum simul, quare id totum unum folium esse merito putaveris.

Tò ἐστιν αὐτὸν. In Aldino & Basili. Cod. αρι μήχαν λεπτού, μηκών λεπτών legitur. Sed hanc si servare placet lectio nomen, verte, flos albus, ex mulis parvis candidis constans, specie favi, pediculi divisi surculis insidet. Graphicè describit umbellam Dioscorides. οὐτός αὔτων ἡ τε κλάδος ή τε καυλῶν οὐδεδία σέλαφην, ἔργον αὐτῆς λασσοῦ: summis autem surculis cauliculisve umbella sunt, circinate rotunditatis, in quibus flores candidi. οὐτός κηραῖδες, ait. Non infrequens Theophrasto in plantarum descriptione, favis comparare flores, constantes ex multis minutioribus; item fructus ex multis quasi baccis racematis compositos. Sorborum fructus postquam racemis similes provenire supra cap. 12. tradidit, addit. πολλὰ δὲ τοις κηραῖς, οὐτε εἰς κηραῖς κηραῖς. Lib. 4. fabam Aegyptiam scribit habere diaφoresιν διδοὺς δι' ὅλης διετηρουμένας, σωλας τοῖς κηραῖς. Eodem simili usus Herodotus lib. 2. in plantæ cuiusdam descriptione. οὐ κηραῖς γίνεται κηραῖς σφήκαις ιδίως οὐδεποτε. Fructus floresve ex multis constantes minutioribus, favis comparare veteres, ut dixi, solent. οὐδὲ κηραῖς, ut Divus Chrysostomus scribit; εἰ πολλῶν Εἰ διαφοραὶ ψηράτων ἀπεριτέτατα, cerion, id est, favus, ex multis variisque conficitur figuris. Odorem, inquit, habere subgravem, (male in Ald. & Basili βαρεῖας legitur) ad instar λασσοῦ. lili. De lilio & λασσοῦ vide lib. 6. Sambucus flores profert Majo mensē, in lati laxis; umbellis, & copiosos ac frequētes, ac uno quidē eoque grandiusculo pediculo subnixos, albidos & odoratos cum gravitate quadam. Supra florem sambuci, & ebuli canopon vocari dixi, ex auctoritate Neophyti. Non infima tantum Graecia sic vocavit sambuci florem, sed etiam medio Graeciae ævo nomen illud obtinuit. Aegineta lib. 7. ubi ait κηραῖον. οὐτός αὐτῆς αὐτὸς οὐτε, οὐδὲ εἰ λασσοῦ.

"Εχει ἡ καὶ τὸ πυρπόλιον &c. Non uno mendo laborat codex. Scribe βοτανούδης γίνεται cum Rob. Constantino. Ele-
ganter aliquo satis describit fructum. Idem ferè Dio-
scorides tradit, καρπόν ἡ εικόνετο περιέδη, τὸ μέλισμα ἴσωπόε-
φυεται, βοτανούδη, παλινχυλον, ὄντοδη; tandemque fructus terebin-
thino similis, ex nigro purpurascens, racemosus, succosus, vi-
nosusque. Racemosus ferè fructus, id est racemi instar
in umbella dependere, nemini non constat. Maturum,
inquit, esse nigrum, Dioscorides ex nigro purpurascen-
tem; quales revera sunt. Alibi dixi, vocem μή νοι latè à
Botanicis sumi, ac non raro pro purpurascente, purpu-
reocue colore. Ante maturitatem, inquit, esse ὄμφακάδη,
omphaceum vertunt. Dic uvæ acerbae ac nondum maturæ
colore. huic color viridis, talis etiam ante maturitatem
sambuco. Magnitudine ait esse orobi; terebinthi Dio-
scorides; quod perinde, nec multum differens. Quæ se-
quuntur corrupta admodum in Ald. & Baf. cod. legun-
tur. τὸ οὐρανίου ἡ ὄντοδη τῇ ὄψει, τὸ πέπλος καθαρός
ἡ καὶ τὸ κεφαλάρις. Rob. Constantinus hunc locū correxit, ut
in Lugduneni Batava editione extat. Vide utrumne le-
gas, τὸ οὐρανίου ἡ ὄντοδη τῇ ὄψει πελεῖς Θάρινσι, τὸς κεφαλα-
ρίου διαβαστούσι. Εἰ τὸς κεφαλάρις. Humorem aspectu vel specie
vinosum maturus fructus reddit, manus Ε capillum tin-
gens. Apud antiquissimos maximo in honore erat sam-
bus, bacus

bucus ebulusque, quod baceas ferrent sanguineo tingentes colore; nam ante inventum minium, & excoxitam coloris ejus rationem, qui studiosius ac paulò superstitionis eos colerent non ante accedebant ad aras & sacrificium, quam rubente quodam nativo colore, qualis in anchusa, moro, sambuco, ebulo, faciem colorassent; quasi pacari numen, sine coloris rubri lenocinio, non posset. Hunc morem apud priscas gentes fuisse, testis Verrius, auctor antiquus satis, cuius auctoritati cedere necesse est. Hic ait gentes Iovis simulachri faciem diebus festis inunxisse; addit, à censoribus in primis miniandum Iovem locari institutum fuisse. Verum non fuit hic Romanis mos, nisi aucta Urbis majestate, & cum jam minium in pretio ac honore haberetur, Rudi vero adhuc seculo, & in mundi primordiis, nativis herbarum & pomorum coloribus, ad eandem religionem usi sunt. Quod in Bucolicis eclog. 10. lepidiss. Poëta indicavit, canens, ad lamentandos Galli amores, venisse Pana Arcadiae Deum, quem viderat ipse fanguineis ebuli baccis, minioque rubentem, quod sine dubio ex quotidiano divinarum imaginum in templis spectaculo, ab ipso factum est.

Pan Deus Arcadiæ venit: quem vidimus ipsi,
Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem.

Miror Dioscoridem scribere, μετανοεῖτε τὸν τρίχων ἵσχετος, denigrat & capillos inunctus: cum sambuci baccarum succus laturo rubro colore rubeat. Fortè latè sumpsit vocē μελανια, quod ex rubro nigrescant capilli. Constat ergo, veteres baccis sambuci tinxisse, Cur vero faciem hoc colore imbuerint, diximus. Intus contineri sesamo simile ait. In baccis sambuci semina parva, plana, oblongioris formæ. Utrum sesamo similia, affirmare nequeo, quia non constat, quæ planta sesamum. Ceterum non omnis sambuci fructus nigricat, Nam reperitur sambuci genus, cui baccæ maturæ ex candido luteæ sunt. Hoc non omittendum, non raro veterum harum arborum aut fruticum caudicibus, gummi quoddam adnasci, molle, nigricans, tenui, membranotumque, hominis auriculam quodammodo referens; quod ablatum resuscitumque contrahitur, ac durescit. Iudeæ auriculam officinæ vocant.

De ebulo hæc tradit Dioscorides οὐ δέποντος αὐτῆς χαρακτήρας. οὐ τὸν καρπόντης οὐτε, ιδούσαν τε, καὶ βοτανῶδες τε, καὶ δὲ τὸν τελευταῖον, ηγέρητον πολυτάσσεται. τὸ δὲ φύλλα σὺν διασπρέσσαις οὐδὲν γένεται περισσωμέρη. οὐδὲν αὐτοῦ διαλύεται, κακοεργεῖται δὲ κύκλῳ, καὶ μακράτερος, εφύσσεται. οὐδὲν δὲ τὸ φύλλον τῷ τελευταῖον, ηγέρητον, οὐδὲν μακρά διατελεῖται πολλῷ. Alterum genus eboli Græcis chamaæcte vocatur, idque humile, ac longè brevius, & ad genus herbaceum proprius accedens, caule quadrangulo, crebris distinzione geniculis, foliis per intervalla circa singula genicula utrinque expansis, iisque amygdalinis, at in ambitu serratis, longioribusque & gravi odore. In cacumine vero umbella, flore ac fructu sambuci. Radice nititur longa, crassitudine digitali. Ebolum satis graphicè delineat Dodonæus. Ebulus foliis muscario, fructuque sambuco perfumis est. sed caudicem non facit lignosum, caules tantummodo herbaceos profert, hybernis mensibus contabescentes. Angulosi hi sunt, ac frequentibus articulis geniculati, sambuci novelli ramulis ac propaginibus respondentes, folia ex intervallis geminata, ampla, ac veluti sambuci: ex pluribus ad crassum & nervosum pediculum commissis coalescent, quorum singula oblonga sunt, lata, & margine serrato, amygdalinis ampliora, majoraque. flores in umbellis candidi, fructus ac acini subrotundi, & rutilo colore nigricantes. Columel. lib. 10. Et rutilus eboli erat uidea baccas. In hū semina parva, oblonga radix, longa digitalis crassitudinis, minimè lignosa. Dubitant an ebulum Plinius lib. 27. cap. 7. actææ nomine descripserit. Actæa, inquit, gravi foliorum odore, caulis asperis (angulosis) scribendum contendunt, quomodo in veteri codice scribi, in margine notat Dalecampius noster, tamè Venetus vulgatam servat) geniculatis, semine nigro, ut edere, baccæ mollibus, nascitur in opacis & asperis, aquosisque: Datur acetabulo pleno interioribus feminarum morbis. Apud Aeginetam lib. 3. cap. 48. fit mentio εἰνεῖας, praescribiturque ad hydroponem. Interpretes ebulum, & sambucum vertunt, quod diminitivum ab εἴναι videatur, ebulusque ac sambucus ad hydroponem valeant. εἰνεῖας οὐτε νοτίας τελευταῖον οὐτε εἰνεῖας, vertunt, jus radicis eboli decocti in vinopotui datur. Plinium bis de una eademque planta tanquam diversa, nomine diverso agere constat. Si pro asperis angulosis legi liceat, non damnabo eos qui actæam & ebulum eandem docent plantam. Pro nigris baccis accipe nigricantes.

Ίτια Græcis dicitur, οὐδὲ τὰ ίτια, ταχίας γένη αἰγαῖται, quod citò crescat in altum. Latini salicem vocant, à saliendo, quod ea celeriter crescat, ut salire videatur. Hanc Verrū opinionem Festus Pompejus ridet, damnatque, minùs severa, & Grammatical censura. Arbor hæc à Thuriis αἰγιλιανα vocata est. Hesychius αἰγιλιανὴ οὐθαλὴ πίτα, η πόλις, η ιτια τὸ θερετρόν. Apud Apollonion Rhodium lib. 4. salicem vocari video ιεροὶ στεπαὶ. sacrum ramum, cum Theophrastus Homerius, Plinius, frugiperdā οἰνογένην vocent.

Aquaticam plantam ait esse; quod variis in locis tradidit Gepon. auctor. η ιτια χαριπεργένη πελματοῦδε η ιδανίδει. άταξιον η ιτια. Salix limosa & cœnoxa terra gaudet, aere autem humidu & frigido, hinc apud Poëtam secundo Georg.

Fluminibus salices, craßisque paludibus alni.

Theophrast. tamen lib. 1. cap. 7. ancipitem vitam agere scribit, & lib. 3. cap. 4. in planis provenire. Quod probat etiam Columella lib. 4. cap. 30. salicem vel riguus ager, vel uliginosus optimè, nec incommodè tamen alit planus, & pinguis, atque is debet converti bipalio, (ita enim præcipiunt veteres) in duos pedes & semissim saliceto destinatum solum. Sed nullum video solum spernere salicem: nascitur in umbrosis, uodosis, frutetis, nemoribus, arenosis, montanis, pinguibus, siccis, circa hortos, vienas, agros, aquarum ripas, & rusticas casas. Sed pro soli cœlique varietate multum variat. Nam in locis nostris arenosis, quæ Dupnæ vocantur, ad sesquipedē raro asurgit. Contrà locis pinguibus magna & procera evadit arbor. Salicem tamen quæ locis arenosis nasci solet, etiā si in hortos transferatur, locisq; ponatur pinguibus, nondum sex pedes superasse observavi; imo raro ad trium pedum altitudinem ascendit. Cur salix non nisi locis aquisis ponenda sit, docet Columella lib. 5. cap. 6. Sed salix, inquit, nisi in aquosis locis, ubi aliae arbores difficulter comprehendunt, ponenda non est, quia vini saporem infestat.

Πολυειδεῖς &c. Multigenam esse tradit, triaque ejus genera recenset album, nigrum, & parvum. Tria genera, Columella facit sed de viminea sola eo loco agit: Græcā, Gallicam, & sabinam salicem. Plura recenset Plinius, sed tamen tria tandem genera statuit. Recentiores multò plura observarunt ac quidē viginti quinque. 1. Salix vulgaris arborescens, ex qua pali ad virtum pedamenta, & stipites ad sepes firmandas fiunt. 2. Salix vulgaris nigricans, folio non serrato. 3. Vulgaris rubens. Ex hac vincula, quibus in aqua maceratis vites & doliorum circulivinciuntur, & alteri cortex magis rubet, alteri nigricat. 4. Salix sativa, luteo folio, crenato. 5. Salix folio amygdalino, utrinque virente, aurito. μελανόφλοις, id est, cortice nigro. Theophrastus. Hæc virgas tenues præbet, ad corbes, spartas, fiscinas, & similia conficienda; huic peculiare, quod singulorum foliorum exortibus alæ duæ adpositæ sunt. 6. Salix folio longissimo, angustissimo, utrinque albido. 7. Salix humilis, angustifolia. 8. Oblongo, incano, acuto folio. 9. Fragilis, ad ligamenta planè inutilis, vulgo cortice albo, non nunquam rubro: vitricem vocant, quod vitri instar frangoarur. 10. foliis glaucis, & per ambitum hirsutis. 11. Humilis, capitulo squamoso, sœpè foliis vesica subrubentes, & surculis pilulæ quædam scabre, non absimiles iis, quas pro styracis fructu venditant Pharmacopole, insident; verno tempore odoratissimum emittit florē. Hanc quidam Helicen Theophrasti putant, de qua mox plura. 12. Latifolia rotunda, hujus carbo citissime ignem concipit, quare ex ejus cinere, sulphure, & aphronito pulvis tormentarius conficitur: hujus carbonibus pictores ad delineanda opera utuntur. 13. Salix folio ex rotunditate acuminato. 14. Latifolia minor. 15. Salix subrotundo argenteo folio. 16. Salix marina ostrearum testis innascens. Hec ad muscorum, fucorumque maritimorum classem referenda videtur. 17. humilis latifolia erecta. 18. latifolia repens. 19. Alpina pumila rotundifolia, repens, inferne subcinerea. 20. Salix pumila, foliis utrimq; candicantibus & lanuginosis. 21. Salix saxatilis minima. 22. Pumila linifolia incana. 23. Pumila brevi angustoque folio, incano. Hæc variat; nam paulò latioribus foliis quæ in fabulosis Hollandiæ aggreditibus Oceano objectis nascitur, Clusio monete. 24. Salix alpina Pyrenaica. 25. Alpina angustifolia repens non incana & hæc genera quæ recentiores invenerunt. Rectè Poëta.

Præterea genus haud unum, nec fortibus ulmis.
Nec salici.

Theophrastus tria recenset genera, sed si strictè examinare placet, quatuor erunt. Plin. tria numerat lib. 16. cap. 37.

cap. 37. In Asia, inquit, tria genera observant. (rectius dixisset in Græcia: nam ex Theophrasto hæc exscriptis) nigram, utiliore viminibus; candidam agricolarum usibus; tertiam, quæ brevissima est, helicem &c. Theophr. nigram vocat, quod corticem habeat nigritatem; album, quod albicante sit prædicta cortice. Quare male in Bas. codice legitur, *η λαδινη τηλεκτη*. Sed cur tertia Arcades *ιπελον* vocant? An ob hederæ quandam similitudinem, quod hederæ modo, quam helicem vocant, humi repentis, humili semper sit? Videtur nomen illud impositum *τηλεκτη* *τηλεκτη*, quod *τηλεκτη* *τηλεκτη*. quod tortilis ac pectinatis sit, ad viminum textus plicatilis. Salicem nigram virgas pulchriores ferre, ait, & ad texendum utiliores proferre, Plinius utiliore viminibus, ait. An igitur viminea hæc salix? Nihil impedit, Plinium vimineam purpuream scribere. Nam purpureum Græci non raro *υιλαν* nomine exprimunt; ut cap. de Iride probatur. Præterquam quod sint plura genera viminea salicis. Non videtur tamen hæc viminea salix, quod viminea ut plurimum humili sit & maneat. Dicendum ergo, viminea esse salicem non cultam, id est, quæ arbor evasit. Hoc tamen habet, quod ramos habeat minus duros, magisque lentes, & obsequiosos, quam alba salix. Hanc *ιχνην πυροτεις* scribit. In vulgatis codicibus male *πυροτεις* scribitur. In Bas. & Ald. *πυροτεις*, pro qua voce mallem scribere si non de usu, verum colore ageretur, *πυροτεις*. Scribunt alii *πυρωτεις*, id est, *fragiliores*, quæ auctoritate, ignoro. Plinius hanc agricolarum usibus esse, scribit. Sed qui hi usus? Ex salice pali ad vitium pedamenta & stipites ad sepes firmandas fuit. spissiores ergo hujus rami sint & firmiores. Male ergo *πυρωτεις*; scribendum contendunt. Illud lepidum est, quod ait Plinius, *Hanc agricolarum usibus esse*: quasi viminalis ad agricolam non pertineret, ac soli urbani corbes, cratesque confidere noissent. Salix hæc alba arborescens vocatur, fiuntque ex hac, ut dixi, pali ad vitium pedamenta, & stipites ad sepes firmandas. Helicem in altum nunquam crescere, ait. Id fieri potest vel naturæ proprietate, vel ariditate soli, vel ab opificibus viminam crebrius tondentibus. Postremum, probabile admodum. Nam viminalis singulis annis putatur minorque talea plantatur. Viminum enim gratia in agris talea sesquipedali seritur, ut vimina, quibus vites ligantur, facile fine scalis detondeantur. Contra perticalis longiore talea five pertica seritur; nec singulis sed demum quarto, quinto, quandoque sexto tondetur anno. Alba porro helice ea videtur quam Columella Græcam vocat. Hæc flavo colore, quæ nigri respectu alba dici potest. Nigra videtur, quam Gallicam idem vocat. Cujus verba examinanda restant. Viminea salicis tria genera esse tradit loco citato, ubi tria genera salicis scribit, & ex precedentibus verbis liquet, ac ejus auctoris testimonio, qui illic de viminea salice verba se facere, aperte profitetur. Putant tamen, inquit, tria esse genera præcipue salicis, Græca, Gallica, Sabina, quam plurimi vocant amerinam. Græca flavi coloris est, Gallica obsoleti purpurei, & tenuissimi viminis. Amerina salix gracilem virgam & rutilam gerit. Atque hæc vel cacuminibus vel taleis deponuntur &c. Salix Græca Columellæ, videtur salix quarta lutea, cui folium crenatum. Vitellinam vocat Cordus. Lutea dicitur, quod flavo obducatur cortice; ad ligamenta hæc non incommoda. Ad ripas plerumque flumen enascitur. Gallicam Germani *hayz werden* vocant, hoc est, *capillarem salicem*, à gracilitate. In obsoleto purpurea profert, & omnium tenuissima vimina; eaque lenta & valde flexibilia. Vulgo salix nigricans folio non serrata vocatur. paucim in convallibus uliginosis reperitur. Amerina salix ea est quam rubentem vulgo vocant; virgas proligit tenues ac graciles, cortice nonnihil rubentes, ac rutilos. viminibus utiles, & ad crates, corbes, aliamque non modo agricolarum, sed & urbanorum supellestilem spectabili subtilitate texendam. Plinii verba examinanda restant. Finditur, inquit, Græca rubens, candidior quæ amerina, sed paulo fragilior, ideo solidi ligat nexus. In Asia tria genera observant. nigram utiliore viminibus; candidam agricolarum usibus; tertiam quæ brevissima est helicem vocant. Apud nos quoque multi totidem generibus nomina imponunt,

vimineam vocant eamque purpuream, alteram nitelinam à colore, quæ sit tenuior, tertiam Gallicam, quæ tenuissima. Græcam rubentem ait; quam tamen flavam dixit Columella, cui major apud me auctoritas. Male ergo Plinius rubere scribit, vel aliud genus, à Græca Columellæ, diversum describit: nisi placeat, quæ flava sunt, quandoque nonnihil rubere, vel ad rubedinem vergere. Deintensa ergo flavedine Columella loquitur, de diluto rubro Plinius. Quæ sequuntur corrupta sunt. Quomodo amerina fragilior, si solidi ligat nexus? Fragilioris solidus nexus esse nequit. Corrigunt; Funditur rubens, amerina ut & candida haud paulo flexibilior, ideo solidi ligans nexus. Sed nec hæc lectio difficultate caret. Albæ enim virgas densiores firmioresque, tradit Theophrastus. Quomodo ergo flexibiliores. Scribo, finditur Græca rubens. Gallica, ut & amerina, haud paulo flexibilior, ideo solidi ligans nexus. Finditur Græca, minusque, nonfissa, flexilis, quod virgæ crassiores. Flexibiliors amerina & Gallica, quod, ut ait Columella, utrique gracilis virga, vimen tenuissimum: ergo solidius ligant, nec findere opus habent. Sequitur, In Asia &c. Hæc supra examinavimus. Apud nos quoque ait, Plinius, multi totidem generibus nomina imponunt. vimineam vocant eandem purpuream. Hæc partim ex Theophrasto, partim ex Columella. Theophrastus alterum genus salicis nigricans dixit, quod, ut dixi, saepe purpureum denotat. Plinius cum videret, vel ex Liberto intellexisset, genus quoddam apud Columellam esse obsoleti purpurei coloris, putavit illud esse de quo egit Græcus auctor; cum Theophrastus de perticali viminea agat. Columella quod purpureum vocat, illud crassiori virga esse ex sequentibus colligitur. Ait enim, vitelinam salicem tenuorem, Gallicam tenuissimam. Ergo primum genus crassiori virga, quod planè contra Columellam, qui Gallicam salicem obsoleti purpurei coloris ait, tenuissimi viminis. Nitelinam, inquit, à colore. Corrigunt vitellinam & flavam Columellæ esse volunt. Vitellinam dictam ajunt à colore vitellorum ovi. Non potest esse flava salix Columellæ; quia hæc crassiori vimine: nitelinam Plinius tenuiori virga, scribit. Nitelina salix, quæ rutila Columellæ. Nitelinus color rufus, rutilus; quod ex Martiali constat, qui crines ad plenū ruffos & rutilos nitelæ, sciro, agrestis muris comparat pilo, aureamque vocat nitelam.

Quæ crine vicit Bætici gregis vellus,
Rhenique nodos, aureamque nitelam.

Rutilus ac ruffos puellæ crines comparat Bætico velleri. Germanorum capillis, & nitelæ pilo, scirum five nitelam rutilam habere, notissimum est. Eodem colore lanam Bæticam esse, ex Plinio probatur. lib. 8. cap. 48. Sed in vulgatis codicibus locus hic corruptissimus. Hispania nigri velleris præcipuas habet. Pollentia juxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erythras vocant. Item Bætica: Canusium fulvi: Tarrentum & sue pulligini. In antiquissimo codice nostro legitur; Hispania nigri velleris præcipuas habent, & pollentia juxta Alpes. Canusium Rutuli, quas Erythras vocant, Item Bætica. (potest omitti, vel addi, pro ut vism est, ex antiquo codice) item Bætica, ut Canusium furvi, (antiquus fulvi.) Fulvus color ex viridi & ruffo mixtus. Fulvum dici volunt quod furtivo propriet, unde fulmē & fuligo, furvus, obscurus, ater. Hostiæ enim quæ nigræ, furvæ dicebantur (Ovid. lib. 6. lib. 5. Metamorph. Ex Acheronte suo furvus piperisse sub antris.) Et sue pulligini; Nitelina ergo salix, quod nitelæ five sciri sit colore, dicitur. Nitelinus color rutilus. Nitelina itaque salix quæ amerina, vel sabina Columellæ dicitur. Hanc gracilem & rutilam genere virgam docet. Gallicam tenuissimam dicit Plinius. Idem de Gallica Columella. Sed addit. Obsoleti esse purpurei coloris; quod Plinius primo generi, viminea scilicet, male adscripsit.

KEΦ. ΙΔ.

CAP. XIII.

Vlmi genera quot sint. De populo, alno, betula, colytea.

EΣπιθέντης πλείστης δύο γένη. πάντα τὸ μὲν
όρειπλεά καλεῖται, τὸ δὲ πλείστης. Διαφέρει δέ
τοῦ φυτού. τῷ θαυμωδέστερον εἶναι τὸ πλείστης, διαχέστερον δὲ
τὸ ὄρειπλεά. Φύλλον δὲ ἀσχιδές, απίκεχαργυμέ-
νον ἡσυχῆ, ταφομηκέστερον δὲ τὸ τῆς απίκη. τραχὺ δὲ καὶ
γλαυκόν. μέχσι δὲ τὸ δενδρον πάντα τῷ ψεύτῃ τῷ μεγέθει.
πολὺ δὲ σύκης τῷ ίδειν, αἰλαία απάνινον. τὸν
τὴν δύνασιν, εἰς τὸν διεύλον ξανθὸν πάνιον, τὸν
χρυσόν. Κοντ. νον καὶ αἰσχύλον· ἀπαντά γὰρ καρδία. γάρ την δὲ αὐ-
γλαυκόν, διέ τῷ περιθυρίῳ πλυντελῆ. πάντα τῷ χλωρὸν, εὔ-
χρυσον.
Φίλον καλεσθείσιν, δύστερον. ἀκαρπον δὲ νομίζουσιν ἀλ-
λαὶ σὺ ταῖς "καρύκοις, τὸ κόμμι, πάντα τῷ περιθυρίῳ περιθυρίῳ Φέρει. τὰς δέκανάρχεις, ιδίας ισχεῖ. τῷ μετο-
πώρῳ πολλάς, πάντα μικράς, καὶ μελάνιας. σὺ δὲ ταῖς ἀλ-
λαῖς χώραις σύκης πλειστέπεται. ἡ δὲ λαβή πάντης αἴ-
γριφόν, μονοειδής ὁρθοφυῆ ἢ ἀμφω. πολὺ μακρότε-
ρον καὶ λειτέρον ἡ αἴγριφόν. τὸ δὲ χῆμα τῶν φύλλων
παρόμοιον. ὅμοιον δὲ καὶ τῷ ξύλον τεμνομόρφον τῇ λαβή-
τηπ. ἀδετερον δὲ ταῖς τάξισι αἴγριφόν ἔχειν δυσκῆ, ἡ
κερκίς δὲ παρόμοιον τῇ λαβή, πάντα μεγέθει, πάντα τῷ
τοῖς κλαδέσι πλειλαβής ἔχειν. τὸ δὲ φύλλον κατιώδες
μὲν, ἀγώνιον δὲ καὶ τῷ ἀλλαῖ. πολὺ δὲ μίαν ταφομηκήη
πάντης οὖσαν παπηκάσι. τῷ δὲ γάρματι χειδόν ὅμοιον
ὑππιόν πάντης τῷ περιθυρίῳ. μίχρω δὲ ταφομηκήηδόν μι-
κρῷ πάντης λεπτώτερον. διὸ καὶ σύκης ὁρθόν, αἰλαία ἐγκεκλιμένον.
Φλοιὸν δὲ τραχύτερον τῆς λαβής πάντα μαλλον ταύ-
λεπον, ὥστε ὁ τῆς αὐχεῖδόν. δὲ ἀκαρπον δὲ πάντης
μονογενές καὶ κλήθεσθαι φύσει διέρθοφυες. ξύλον δὲ
Κοντ. διέ τοῖς ἔφυδροις, ἀλλοθι δὲ ἀδαμάντης. ὥστε δὲ ὅλη
κειλαίνεσθαι τὰς λεπτὰς ράβδας. φύλλον δὲ ὅμοιον
"απίφη πολὺ μέρον καὶ οὐδείστερον. τραχύφλοιον δέ.
πάντης οἱ φλοιὸις εἰσωθεῖν ερυθρός" διὸ καὶ βάπτει τὰ δέρμα-
τα. βίσσος δὲ πλειονάντες, ηλίκιον δάφνης. φύεται δὲ σύ-
τοῖς εὐφύδροις, ἀλλοθι δὲ ἀδαμάντης. οὐδέποτε δὲ, τὸ μὲν
φύλλον ἔχειν ὅμοιον τῇ καλυψόρᾳ καρύα· πολὺ μικρῷ
σενωθερον τὸν φλοιὸν δὲ ποικίλον. ξύλον δὲ ἑλαφρόν.
χείσιον δὲ τοῖς βακτηρίαις μέρον. εἰς ἀλλοθι δὲ δέντεν τὸ
κειλυτέα, ἔχει τὸ μὲν φύλλον ἐγγύθεν τῷ τῆς ἴπεις.
πολύολον δὲ καὶ πολύφυλλον. καὶ τὸ δενδρον ὅλως μέχσι. τὸν δὲ παρπόν ἐλλοσον καθάπερ τὰ χειροπάτη λοβοῖς πλαντίσ-
ται καὶ σενοῖς. καὶ τὸ πτερυμάτιον τὸ ἐνὸν, μικρὸν καὶ εὔμέρον σκληρὸν δὲ μετεργίας σύκησθαι, διέ πολύπαρπον οὐδὲ καὶ μέ-
γεφόν. απάνιον δὲ τὸ σύκησθαι παρπόν. ὅλησα γὰρ πατέται τῶν δενδρῶν.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

Oρειπλεά, Theodorus, Montiulmus. Si aedes διηγείμ-
οιζειν, multò lepidius dicas, Ulmontia.

Καὶ τῷ ψεύτῃ καὶ τῷ μεγέθει. Vide qua usus sit significations;
distinxit magnitudinem à proceritate.

Αἱ δὲ τοῖς καρύκοις. Theodorus, in peciolis. At peciolus,
μικρός: potius, in vaginalibus. Thece significatum habet Cor-
vulus, Εὐφρατη. τὸ κόμμι. Theodorus, ginnam alio flexu,
quam ab antiquis. Sanè probo audaciam doctissimi viri. Tur-
pe est se deferei iis in rebus, quas si arripiās, nulla honoris
factura sit. Nihil verò miserius, quam esse vocum servos nos:
atque circumscribi earum angustiis, quae nullum casuum di-
scrimen instituunt. Κοντοποιός, Theodorus, culicea. Feli-
citer, sed non ex analogia universali. Debuit enim, culicea.
Verum habuit privatam rationem, qualē Εὐφρατης veteres
in voce, suspicio. Debuit enim esse suspicito. Vnde apud
Plautum claudit jambicum senarium, aut integra, aut ut sit
suspectio.

Η λαβή, καὶ αἴγριφόν. Aliud caput. μονοειδής, Theodorus,
uniformes. id est, sive utraque forma. hoc est speciei. Diver-
so tamen usū apud Latinos accipias. Sunt uniformia, quia
sub eadem forma, Εὐφρατης que univoca dicuntur: sanè ejusdem

Sunt & ulmi genera duo: alterum montiulmus,
alterum ulmus vocatum. Interest, quod ul-
mus fruticosior est, montiulmus auctior: ^{"fruticis pro-}
folium individuum, leviter circumferratum, oblon- ^{"prior.}
gius quam piro: scabrum, non læve. Præstat hæc
arbos, & amplitudine, & altitudine. Non crebra
circa Idam, sed rara provenit. Amat rigua. Mate-
ries flava, robusta, nervata, & deformis. Quippe & tenax.
tota cor est. Utuntur ea, & vel ad lautiores fores. ^{"lautioriū}
Et viridis, cæsu facilis, sicca difficilis est: sterilis ^{"foriū assa-}
denique putatur. Gummi in "peciolis gignit, & a- ^{"menta.}
nimalia quedam culicea, & amenta peculiariter ^{"folliculus.}
cachrynit. Autumno multa, mintita, nigra: cæteris verò ^{"cachry-}
temporibus quid ferat, minus & animadversum est. ^{"peculiarem.}
Populus alba, nigraque "uniformes habentur: cor- ^{"tum est.}
pore ambæ erecto, sed excelsior læviorque nigra. ^{"singulari-}
Figura foliorum similis, & lignum cum cæditur, ^{"utraq; spe-}
albedine simile est. & Vtraque ne florem quidem ^{"cie.}
habere existimatur. Alpina, populo albæ non ab- ^{"neutraflo-}
mis est, cùm magnitudine, tum verò quod ramis ^{"rem habere}
albicantibus spargitur. Folio ederæ, sed parte altera
& sine angulo. Altera oblongo, inque angulum ex- ^{"angulo ca-}
eunte acutum. Colore parte resupina pronaque fer- ^{"rete.}
me simili: pediculo prolixo, tenuique annexo.
Quamobrem non erecto, sed inflexo. Cortice
asperiori, quam populus alba, scabriorique: ut
"pinus sylvestris. Alnus quoque & sterilis & uni- ^{"pyrus.}
gena est natura, corpore recto, ligno molli, me- ^{"fecundia}
dullaque molli. ut virginæ graciliores totæ co- ^{"unigena est,}
ventur. & Folio piri, nisi quod ampliori nervosio- ^{"natura}
riique, cortice scabro ruffoque intus. Quia de causa ^{"sua in rectū}
coria tingit. Radice summa, nec majore quam lau- ^{"altumq; as-}
rus. "Nascitur in aquosis, alio nullo pacto. & Be- ^{"folio nu-}
tula folio caryæ dictæ conditur, præterquam quod ^{"cis avella-}
paulo angustiori, cortice autem versicolore, & ma- ^{"nae.}
terie lævi, non nisi ad baculos utili. & Colytea folio ^{"Nascitur}
salici vicina est, ramosa foliosaque, in totum am- ^{"nusq; nisi}
pla. Fructum in siliqua sicuti legumina gignit, ea- ^{"in aquosis.}
que lata, non angusta. Semen inclusum, parvulum, ^{"+ ομιδα,}
non magnum: durum modice, non nimis, nec ab- ^{"quam betu-}
unde pro magnitudine sua fructificat. Sed quæ fru- ^{"lam vulgō}
ctum in siliquis ferant, rara inventu: quippe inter- ^{"interpret-}
arbores, pauca hujusmodi habentur. ^{"tantur foliū}
^{"habet nuci}
^{"dictæ simile,}
^{"+ Colatea.}

generis sunt, sed non ejusdem speciei. Itaque non est αἴγριφόν
μονοειδής, sicuti dicebat supra de taxo, & aliis. Soliformes
potius diceret, si auderet: pudentius nos. singulari utraque
specie.

Οὐδέποτε δὲ τέταρτον ἀερον ιχεῖ δοκεῖ. Theodorus ex bona
Græca Latinam fecit non bonam. Inquit enim, utrancque
ne florem quidem habere existimant. Et, δοκεῖ, includit
etiam Philosophi personam, & judicium: existimant, ex-
cludit. Purius & simplicius dicas. Habere neutra vide-
tur florem.

Η δὲ λαβή. Ruellius Græcum nomen, quasi Græcè ne-
scisset, omisit. Alpinam ex Theodoro, Lybican ex Plinio ap-
pellavit. Hermolaus, Alpinæ nomen non posuit: non po-
suit cercidos. & dixit, Nostras facere tria genera: quasi
verò non & Theophrastus totidem faciat. Nemo enim est,
qui cercida populis speciebus non annumeret: si earum com-
unes differentias contempletur. Ruellius hoc amplius er-
ravit, qui Alpinam cum Libyca conjunxit. Quippe si Al-
pina est, Lybica non erit. Nam & cœli segmenta alia, &
natura loci longè diversissima. Neque convenit Pliniana
cum hac Theophrasti. Plinius, folio minimam ac nigerimam.